CANDOR
PARROCHORUM
ET
CONFESSARIORUM

F. LUCÆ A S. JOANNE
Congregationis Diſcalceatorum Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum.
URBIS SEDENENSIS in Gallo-Provinciæ.

Permultùm utilis, imò & utiliſſimus SACERDOTIBUS Curam Animarum adminiſtrantibus.

Cor ſapientis quærit Doctrinam. Proverb. 15.

AVENIONE,
Apud FRANCISCUM SEBASTIANUM OFFRAY, Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Typographum in foro Sancti Deſiderii.

M. DCC. VI.

Cum Permiſſu & Approbatione.

Google

ILLUSTRISSIMO

ECCLESIÆ PRINCIPI

D. D.

CAROLO GASPARI GUILLELMO

DE VINTIMILLÆ

E COMITIBUS MASSILIÆ

MASSILIENSIUM EPISCOPO

Regi à Conſiliis &c.

EXILE opus à me elaboratum, prius in publicum prodire nolui, quam tibi, Illuſtriſſime Eccleſiæ Princeps, Parrochorum, & Confeſſariorum laboro offerretur. Quamvis enim ab ineunte ætate, moralibus diſciplinis deditus. Has tamen elucubrationes prælo commit-

tere adhuc hærebam. Sed ut illico Candor meus palpebras deduxit: te tanquam ſuum perluſtravit Patronum. Sane cui æquius, cuique congruentius devovere debui (præclariſſime Antiſtes) jure, & merito Candorem Parrochorum & Confeſſariorum, quamvis exiguum offerre, & conſecrare putavi, cum tam ardore charitatis, quo tu ita fulges, quam patrocinio tui Sorbonico, ut pote Laurea iſta Triumphali, non inornata venuſtatus, pro illo contendere queas. Aliumde quis tam petulanter vellet refragari opuſculo ſub tui nominis auſpicaciſſimo ſidere, tuis fulto auſpiciis invidias nebulas diſcipabit & tuo ſolo aſpectu diſpellere valebit, quis enim te illuſtrior, præſtatior, ac nobilior: ſi ſermo ſit de moribus, doctrina, ſive dein ſtirpe: dum multi celebratiſſimam memorantur noblitatem: alij tuum ſtupent ingenium, omnes tamen recolunt virtutes, & promerita, quo-

um gratia, ex quatuor primis E-iſcopis inter quos eras unus (va-antibus pro tunc quadraginta, & cto) à Sancta ſæde Apoſtolica liploma Pontificum Innocentianum, ion immerito accepiſti. De te reve-a dici poteſt, quod divina ſapien-ia, ſuum ad ingenium te finxerit, uis beneficiis, & ornamentis con-leoraverit. Nam humanitas tua um omnibus, in exequendis cele-itas, in comitate majeſtas, cum rivatis lepor, & cum publicis au-horitas, cum ſis in ſermone erudi-us, in more ſuavis, in Paſtorali nunere mire obſervans, aſſiduus & vigilans; cum poteſtas ſit in te ſi-e faſtu, imperium ſine violentia, ſed mnia cum tranquilitate, lætitia, & amore, erecta tua de cætero nimi ingeniique dotes, admirari nihi potius licet, quam pro meritis udare. Nec mirum proinde, ſi ad e adornandum, omnium compro-

bet affectus. Linguæ ad laudem, vota ad honorem: hoc ille confirmat omnium conſenſus; illúdque commune gaudium, quod te tota hæc Provincia Maſſilienſis optatiſſimum excepit, & ſemper excipiet. Nobilitas tua dignitate condita eſt, ut boni quicumque dilexerint: invidi timuerint, & omnes admirati ſint. Nam ſi dignitas tibi deficeret meritum tamen nunquam deeſſet, quo ab omnibus dignus putareris parco jam vero à tuæ familiæ laudibus, quæ à gravioribus decantantur authoribus, & quas ſi ſcriptores Italicæ; Orientalis imperij liguriæ, Siciliæ & Pedemontis; imo & noſtræ Galliæ tacuiſſent, ipſa marmora, & tabulæ loquerentur. Parco antiquiam cui nihil antiquius quam majorum tuorum virtutes quæ titulos pluribus virtutibus illuſtrarunt, & glorioſiſſimis geſtis auxerunt nomen Vintimilianum. Mi-

tamen non licet brevi nuncupa-
ria ſtringere, quæ latiſſima exi-
nt commentaria. Unum tamen te
go, ut iſtum Candorem humani-
r (ut aſſoles) reſpicias, meamque
ngregationem diſcalceatam Trini-
riam tuo patrocinio favere pergas
ve igitur meo Candori erranti cu-
s autori favere aſſuetus es. Gene-
ſi enim eſt animi beneficium benefi-
o ſuper addere. Faxit Deus ter ma-
imus, ut domum tuam clariſſimam,
& præclariſſimam proſperam, inco-
imen ſervet quod peroptat & ex-
etit.

Tuæ Illuſtriſſimæ, & R R^mæ.
lominationi.

Humillimus; obſervantiſſimus & ob-
ſequentiſſimus ſervus.

F. LUCAS à Sancto Joanne.
Ex Provincialis Congregationis
Diſcalceatorum Ordinis Sanctiſſi-
mæ Trinitatis.

APPROBATIO.

NOs Frater Clemens à Jeſu Deffinitor Generalis totius Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum; necnon Miniſter Provincialis Congregationis Patrum Fratrum Diſcalceatorum dicti Ordinis.

Harum ſerie noſtrique authoritate officij facultatem quantũ in nobis eſt concedimus tibi R. Patri Fratri Lucæ à Sancto Joanne noſtræ dictæ Congregationis Ex-Provinciali, ut typis mandare poſſis librum cui eſt titulus Candor Parrochorum, & Confeſſariorum à te elaboratum, & de mandato noſtro à duobus noſtri ordinis Theologis reviſum, ſervatis tamen de jure ſervandis in quorum fidem &c. Datum in Conventu noſtro Sanctiſſimæ Trinitatis ſub titulo noſtræ Dominæ de gratiis in territorio Maſſilienſis die 4. Julij 1706.

F. CLEMENS à Jeſus Miniſter Provincialis ut ſupra.

De Mandato admodum R. Patris Fratris noſtri Provincialis.

F. MICHAEL à Cruce Secretarius.

APPROBATIO.

NOs Frater Gaſpar à Sto. Dominicò primus Diffinitor F F. Excalceato-
.m Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, Re-
:mptionis Captivorum Congregationis
allicanæ, & Frater Ignatius à S. Antonio
heologus ejuſdem Congregationis. De
andato R. Admodum Patris Clementis
Jeſu Deffinitoris Generalis Ordinis, nec
on Provincialis dictæ noſtræ Congrega-
ones, vidimus, & legimus Librum in-
riptum Candor Parrochorum, & Con-
ſſariorum Authore R. Patre Luca à S.
oanne, alias & nunc ejuſdem Congre-
ationis Ex-Provinciali, & nihil in eo in-
enimus quod fidei Catholicæ & bonis
oribus ſit contrarium. Ideò lubenti ani-
no dignum cenſemus, ut quamprimum
d communem tam Parrochorum, quàm
Confeſſariorum utilitatem in lucem pro-
eat. In noſtro Aquenſi Conventu. Hac
ie ſecunda Julij 1706.

F.F. GASPAR à S. Dominico
Deffi.

F. IGNATIUS à Sancto Antonio.

APPROBATIO.

EGo qui ſubſcripſi Ordinis Minorum regularis Obſervantiæ Provinciæ S. Ludovici, ac in ſacra Theologia Lector jubilatus, teſtor librum cujus titulus eſt, *Candor Parrochorum, & Confeſſariorum* elaboratum *à Rdo. admodum Patre Fr. Luca à S. Joanne Miniſtro* Provinciali Congregationis F F. diſcalceatorum ordinis Smæ. Trinitatis Redemptionis Captivorum, nihil continere fidei ortodoxe contrarium, vel Chriſtianis moribus alienum, quinimò omnia quæ in eo ſunt, pia & Sancta judico, atque utilia, nedùm illis quibus incumbit animarum cura, ſed etiam illis qui rectè vivere deſiderant, quare digniſſimum cenſeo quod in lucem prodeat: Datum in Conventu Sancti Hieronimi, die 23. Februaij, anno 1705.

F. B. DURAND.

APPROBATIO.

E Voluto ſedulò ac diligenter perlecto tractatu inſcripto (Candor Parrochorum & Confeſſariorum) Elucubrato Rdo. Adum. Patre Luca à Sto. Joanne rovinciæ provincia RR. PP. Excalceatorum Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, Provinciali diniſſimo, nihil in eo inveni quod fidem Catholicam non ſapiat quodque ad bonos mores componendos impenſé non inſeriat: imo mihi viſus eſt ſic affabrè diſpoſitus, tanta cum claritate digeſtus, totque ſolidis principiis è ſacris Canonibus & ex gravibus authoribus depromptis bene fundatus, ut illum ad maximam Parrochorum, Confeſſariorum & fidelium utilitatem, quorum omnia citra adulationem explicat, prælo dignum Judicaverim Aquis die 13. May Labentis anni 1705.

F. RAYMUNDUS BEC

Ordinis FF. Prædicatorum in ſacra Theologia Doctor & olim in Urbe apud Sanctam Mariam Majorem ſuæ Sanctitatis Pœnitentiarius.

INDEX
CAPITUM
ET
PARAGRAPHORUM

QUÆ CONTINENTUR IN iſto Candore Parroch. & Confeſſariorum liber unicus.

CAP. I. *De nomine & origine Parrochorum.* pag. 3.
CAP. II. *De deſidentia Parroch. in ſua Parrochia.* p. 18.
CAP. III. *De cauſis excuſantibus à reſidentia.* p. 27.
CAP. IV. *De pœnis circa non reſidentes.* p. 35.
CAP. V. *De obbigationibus Parrochorum.* p. 39.
§. I. *De obligatione adminiſtrandi Sacra-*

nenta. pag. 39.
II. *De obligatione adminiſtrandi Bap-iſmum.* p. 44.
III. *De obligatione adminiſtrandi Pœni-entiam.* p. 56.
IV. *De obligatione adminiſtrandi Eu-hariſtiam.* p. 68.
V. *De obligatione celebrandi Miſſas.* p. 82.
VI. *De obligatione circa Sacramentum Matrimonij.* p. 88.
VII. *De obligatione adminiſtrandi Extremamunctionem.* p. 102.
VIII. *De obligatione Prædicationis & Doctrinæ Chriſtianæ.* p. 110.
IX. *De obligatione circa pauperes & infirmos.* p. 115.
P. VI. *Memento abreviatum eorum qui miniſterium Sacramenti Pœnitentiæ ſunt deſtinati.* p. 130.
I. *Quomodo ſe gerere debet Confeſſarius in interrogationibus faciendis.* p. 138.
II. *In danda Abſolutione quomodo ſe gerere debent Confeſſari.* p. 152.
III. *Quomodo ſe gerere debent Confeſſarij circa illos qui ſunt in ocaſione proxima peccati.* p. 165.
IV. *Ad deſtruendam Pœnitentis ignorantiam, quomodo ſe gerere debeat Confeſ-*

ſarius. pag. 174.
§. V. *Quibus remediis uti debet Confeſſarius ad refrenandam duritiem cordis, ſicut & blaſphematores.* p. 188.
§. VI. *Quomodo ſe gerere debet circa illos qui ſunt adſtricti reſtitutioni facienda.* p. 200.
§. VII. *Quomodo ſe gerere debet circa illos qui ſunt in odio pervicaces.* p. 209.
§. VIII. *Quomodo ſe gerere debet circa illos qui peccatis carnis ſunt infecti.* p. 216.
§. IX. *Quomodo ſe gerere debet Confeſſarius erga ſcrupuloſos.* p. 228.
§. X. *De Confeſſario erga ſeipſum.* p. 235.
Epitome ad memento abreviatum. p. 241.

FINIS.

CANDOR
ARROCHORUM ET CONFESSARIORUM.

LIBER UNICUS.

IN favorem Parrochorum, & Confeſſariorum hoc opus quamvis exiguum, zelo animarum ſtimulante, libenter aſſumpſi. Truncavi oppiniom ſententias, & quaſi infinitas, ad citiones congerendas, quæ potius mens confundunt, quàm illuſtrent. Ideo ud opus ſummo ſtudio, ac labore maique diligentia qua potui in lucem procere curavi, curamque adhibui, ut quærumque alibi perplexè, & obſcurè trantur quanta potui perſpicacitate evolui.

Si quis igitur præ manibus hunc candorem habere cupiat, & habebit ſalubres medicinas pro animabus præparatas. Prolixum volumen nequaquam accumulavi; ſed paucis dicam, reſecatis variis Doctorum oppinionibus, nec non eorumdem crebris citationibus, ſed tantam quibuſdam utar, quibus candoris mei veritas magis ac magis elucere poterit. Fundatus tum in rationibus Theologicis, tum naturalibus, maxime è jure Canonico quando opus fuerit deſumptis. Qui igitur huic opuſculo breve tempus incumbere voluerit, reddet fructum in temporibus ſuis Math. 21. & veritate quam citius inventa, lecturam operis animoſius proſequetur. Eademmet reperta, quam ſacerdotes zelantes curam animarum peroptant, non difficiliter pœnitentes corrigere, inſtruere, & judicare poterunt. Maxime Parrochi, quibus de jure divino animarum cura eſt commendata, *paſce oves meas Joan.* 21.

Tandem notabit amicus lector, quod ſi non ſatis congruè loquar Latinè mihi erit ignoſcendum, cum Theologorum moralium nemo profiteatur elegantia Sermonis; ſed ſufficit ſi aliquo modo ſubſtantiam caſus propoſiti explicet.

CAPUT I.

De nomine & origine Parrachorum.

ANtequam ad ipſos Parrochos procedamus breviter videndum eſt quæ- im ad ſacerdotem requirantur, dum ırrochus non poſſit eſſe talis, niſi ſal- m intra annum efficiatur ſacerdos. Pro io ſciendum ad quemlibet ſacerdotem ıatuor requiri, unum reſpective ad eum, alterum ad proximum. Tertium l prælatum, & quartum ad ſeipſum.

Quantum ad primum requiritur in ſa- :rdote vera fides bonis operibus adorna- , cum ut ait Apoſtolus Jacobus cap. 2. *des ſine operibus mortua eſt*, nec mirum Chriſtus dominus duodecim apoſtolis æceperit, & per illos omnibus ſacerdo- ɔus, ut bini ac bini, per totum mun- ım ad illius Evangelium diſſeminandum, ·ogrederentur, & exinde oſtenderet mi- ſtros, in Eccleſia Dei, fide, & opere bere eſſe perfectos, potiſſimum inchaate ideo quando Epiſcopus ordinat

quem, in ſacerdotem, dicit illi accipe veſtem ſacerdotalem, per quam Chriſtus intelligitur.

Quantum ad ſecundum requiritur in ſacerdote. 1°. Charitas erga proximum: 2°. Scientia ad edocendum: 3°. Bonum exemplum ad hoc ut odor vitæ illius ſit delectamentum Eccleſiæ Chriſti. Sed de his in ſequentibus.

Quantum ad tertium requiritur fidelitas in ſacerdote, adhoc ut ſe uniat prælato ſuo, & cooperetur ad munera Paſtoralia adimplenda. Ea de re Chriſtus elegit ſeptuaginta & duos diſcipulos, ut eſſent cooperatores apoſtolorum.

Quantum ad quartum tria requiruntur in ſacerdote. 1°. Caſtitas. *Exemplum eſto fidelium in verbo, in converſatione, in charitate, in fide, in caſtitate 1a. ad Thim. 2.* 2°. Mortificatio. *Mortificate ergo membra veſtra quæ ſunt ſuper terram ad Colloſſ. 3.* 3°. Sanctitas quæ finis eſt per ſe intentus à quocumque Sacramento, propter quod deſtinatus eſt ſacerdos. Nec mirum Si d. Aug. Serm. 4. tom. 10. *Beatus eſt qui ſe ſolummodo ſalvat, Domino adjuvante, ſed multo beatior eſt qui ſecum alios ad cœleſte regnum trahere feſtinat.* ô fœlices ſacerdotes, ſi ſacerdotaliter vixerint. Legatur

:rgo fideliter & attente in certi authoris
:a quæ ſubſequuntur.

Sacerdos ſit Chriſti alumnus.
A peccatis ſegregatus.
Rector, non raptor.
Speculator, non ſpiculator.
Diſpenſator, non diſſipator.
Pius in judicio.
Juſtus in conſilio.
Devotus in Eccleſia.
Sobrius in menſa.
Prudens in lætitia.
Purus in continentia.
Aſſiduus in oratione.
Humilis in congregatione.
Patiens in adverſitate.
Lenis in proſperitate.
Dives in virtutibus.
Expediens in actibus.
Sapiens in Sermone.
Verax in prædicatione.
Et prudens in humilitate.

Quæ dicta ſunt de ſacerdote in genere, & quoque ſunt dicenda de Parrocho. Ut videbitur in ſequentibus.

Unum tamen velim ſciatur, Eccleſiaticos incedere debere cum decenti habitu, qui dignitati, profeſſioni, & ætati conveniat, & ex Clement. II. de vita

& honeſt. cleric. infertur latam eſſe ſuſpenſionem contra beneficiarios per ſex menſes, & per annum contra ſacerdotes dignitatem, perſonatum, ſive curam animarum habentes, qui ſine juſta & rationali cauſa utuntur veſtibus variis coloribus contextis.

Quantum vero ad non beneficiarios, vel in Sacris conſtitutos infra ſacerdotium illis veſtibus, ſic utentes, fiunt tantummodo inhabiles ad beneficia, per idem tempus ſex menſium, recipienda. Ideo decenti habitu uti debent ut ex corporis amictu faciliter judicetur quid ſint. Gloſſa ſuper Math. 3. ſervus non debet habere veſtimentum ad decorem & ad delectationem ſed ad tegendam nuditatem. Et trid. ſ. 14. 6. *Quia vero, etſi habitus non faciat Monachum, oportet tamen Clericos veſtes proprio congruentes ordini ſemper defferre, ut per decentiam habitus extrinſeci, morum honeſtatem intrinſecam oſtendant.* Unde D. Hier. ad Euſtach. dicit. *Veſtis nec ſatis munda, nec ſordida, aut illa diverſitate notabili, ne ad te obviam turba conſiſtat, ne digito demonſtreris.*

Nomine autem veſtis diverſis coloribus contextæ cujus delatione incurritur ſuſpenſio, intelligitur veſtis habens diverſos

.ores intextos cum ipſo panno, vel ar-
cioſe ſuperinductos & impoſitos pro-
:r quam ſuſpenſionem perceptio fru-
ium beneficii interdicitur ita Bannez
Par. de conſ. diſp. 3. q. 6. punct. 7.
s ſuppoſitis.

Cum omnibus Doctoribus dico Parro-
um idem eſſe ac parœcum, nam apud
ræcos *πάροικος*, idem ſignificat ac inco-
, ſeu habitator in loco, noſque ſu-
imus hic nomen Parrochi pro illo qui
ıram animarum habet, quique non eo-
:m nomine apud omnes vocitatur: qui-
ım enim denominant illos curatos, alii
ctores, Vicarios, præpoſitos, priores
›mmendatores; in his, & ſimilibus ſer-
ında eſt cujuſcumque Diœceſis conſue-
do, quia talia nomina idem ſonant, ac
oprius ſacerdos, de quo loquitur jus
anonicum. in cap. omnis utriuſque ſexus
: pœnit. & remiſſ.

Ea de cauſa à tempore D. Petri uſque
l Dioniſium Papam vigeſimum ſextum
eatum ſub anno 262. Parrochiæ fuerunt
ıdiſtinctæ; attamen Dioniſius Papa ſin-
ulas Eccleſias, ſingulis ſacerdotibus, de-
gnavit, ita ut unus non immitteret fal-
:m in Meſſem alienam, ut patet ex
›iſt. ejuſdem ad ſeverum Epiſcopum. Ita

Navarra in can. placuit de pœnit. diſt. 6. Barboza de officio Parrochi part. 1. cap. 1. à n. 16. uſque ad 22. & Pater Leand. part. 8. tract. 7. diſp. 1. q. 3. de Parrochis, qui colligunt hoc ex cap. Paſtoralis Tit. de his quæ fiunt à prælato. Ideo iſti Doctores notant quod Epiſcopi non poſſunt dici Rectores, & curati ſeu Parrochi totius Diœceſis, ſed tantum Eccleſiæ Cathedralis, & prælatus ſuper omnes Parrochos ſuæ Diœceſis quod infertur ex cap. citato.

Adhoc ut igitur aliquis dicatur Parrochus, potiſſimum debet juſtificare in ſe, & in Eccleſia quam gubernat, quatuor; primum poteſtatem fori pœnitentialis, hoc eſt ligandi atque ſolvendi in virtute Beneficii; ideoque ſtatimatque quis eſt approbatus ad beneficium, identidem habet talem poteſtatem ſine nova approbatione; 2. um certam Parrochiam, ſeu Eccleſiam certis finibus conſtitutam in qua populus ſe congregat, habere debet. Tertium curam animarum per ſe exercere debet, & nomine proprio. Quartum ita nomine proprio, ut ſingulariter per ſe exerceat, & non cum regimine aliorum. Ita deciſum fuit in rota Romana ſub die 22. Maii 1630.

Hinc ſequitur: 1°. non verificari Eccleſiam eſſe Parrochialem ex eo quod ſit fons baptiſmalis, neque etiam quia ibi ſervatur Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, ſicut & quia eſt locus ſepeliendi in proprio ſitu ad id determinato, nec quia ſunt campanæ, & decimæ, & primitiæ percipiuntur, ſed tantum quia juſtificantur quatuor ſupradicta. Fateor equidem iſta enumerata ad parrochiam pertinere, non concedo tamen declarare parrochiam. Sicque adhoc ut parrochia ſit talis, intervenire debet authoritas Epiſcopi, qui fines deſignet, plebem conſtituat, & parrochialem nominet. Ita azor. part. 2. cap. 12. Barboza citatus n. 38. & P. Lender à q. 1. uſque ad. 16. qui dicunt quod quando Eccleſia parrochialis habet redditus adeo tenues, ita ut non ſufficiant ad ſuſtentationem Parrochi, pro tunc Epiſcopus poteſt illi adjungere aliquod Beneficium ſimplex, vel unire talem parrochiam alteri parrochiæ juxta authoritatem à Trid. illi conceſſam ſſ. 21. cap. 5. de reform. Epiſcopus tamen non poteſt facere talem unionem in Eccleſia Cathedrali. Sic enim deciſum fuit à Congreg. Concilii 27. Julii 1592.

Sequitur: 2°. Qui habet beneficium

cum cura ſi aliud ejuſdem qualitatis recipiat, tenetur renunciare uni, intra ſex menſes, alioquim primum vacat ipſo facto, quod infertur ex Trid. ſſ. 24. cap. 17. ita Salzedo in practica criminali cap. 17. Fernandez de Moure cap. 14. ſſ. 7. de Beneficiis, contra Navarra dicentem expectandam eſſe ſententiam judicis, ſed ſine fundamento cum verba concilii ſint expreſſa.

Utrum autem una parrochia poſſit habere duos parrochos. Ratio difficultatis provenit, ex eoquod una parrochia habet plures Confeſſarios, ergo & quoque plures habere poteſt parrochos: ℞o. Tamen negative, quia una mulier non poteſt habere plures maritos, ergo nec una Eccleſia plures parrochos, cum parrochus ut talis dicatur illius ſponſus. ex cap. cum non ignores de præbendis.

Dices Eccleſia Collegiata quæ regit parrochiam per Canonicos hebdomadatim, habet plures curatos, cum quælibet hebomada regatur novo curato, ergo una parrochia plures habere poteſt curatos. Ro. cum Barb. Citat. q. 7. & P. Leandro. q. 21. talem parrochiam non habere plures curatos, quia non gubernant illam nomine proprio, ſed tantum

mine Collegii ſeu Eccleſia parrochiali
i nullus adeſt parrochus determinatus,
d ſolum plures beneficiarii & Epiſco-
is ſolet ex illis, unum committere ad
ram animarum habendam, tunc Epiſ-
pus remanet ſolus rector, curamque il-
rum habet.

Quænam autem ætas requiritur ad ob-
nendum beneficium cum cura anima-
um, Ro. cum omnibus Doctoribus ſaltem
nnum vigeſimum quintum inceptum re-
uiri. Ut patet ex jure antiquo cap. cum
cunctis de electione & ex jure novo
rid. ſ5. 24. cap. 12. de reform. *Nemo
ibus animarum cura ſubeſt, promoveatur,
ſi qui ſaltem vigeſimum quintum ſuæ ætа-
s annum attigerit.* Et ideo qui ante præ-
ictam ætatem aliquid receperit, ſtatim-
ue tenetur renuntiare, & fructus ſi quos
ercepit reſtituere, quia ad illos nullum
abebat jus. Ad ſolum igitur Papam per-
inet diſpenſare, cum talis textus habeatur
n jure expreſſus maxime Trid.

Utrum autem diſpenſatus ad ordinem
Presbiteratus, diſpenſatus, ſit etiam ad
beneficium parrochiale recipiendum. Dif-
icultas oritur ex eo quod, ad beneficium
cum cura requiritur tantum annum vige-
ſimum quintum inceptum, ut efficiatur

ſacerdos, & poſſit inſervire his, quæ ad parrochiam pertinent ſed qui habet diſpenſationem ad ordinem presbiteratus, & habet ea, ergo & poteſt recipere beneficium cum cura. reſp. tamen negative cum Rebuffa in proxi tit. de diſpoſit. ratione ætatis. n. 10. Narb. in ſuis annalibus q. 56. n. 14. & P. Leandro diſp. 2. q. 7. quia presbiteratus & cura animarum ſunt duo jura inter ſe diſtincta, ergo conceſſo uno non conceditur aliud. Ea de re qui aliqua Eccleſia parrochiali promotus eſt, ſi intra annum ad ſacerdotium non aſcendat, ipſo facto ſine monitione privatur beneficio ita diffinitum fuit in Conc. Lugd. ſub Greg. X. in cap. licet de electione in 6°. quod ſi legitime fuerit impeditus, ne intra annum efficiatur ſacerdos, pro tunc ipſo facto non eſt privatus Beneficio.

Legitimum autem impedimentum eſt, ut notat gloſſa, ſi toto anno ægrotaſſet, ſi antiſtes fuiſſet abſens, & nullus potuiſſet dare illi demiſſorias. Ita omnes Doctores qui obſervant parrochialem Eccleſiam non poſſe commendari illi qui actu nundum eſt presbiter, quia non poteſt actu exercere illa quæ ad parrochum pertinent, ut patet ex cap. nemo deinceps

: elect. in 60. & ex Trid. 55. 24. cap. de reform. matrimonii ex hac occaſione.

Quæritur qui promotus eſt aliqua Eccleſia parrochiali in qua actu non ſunt parrochiani, an intra annum fieri preſbiter teneatur. Archidiaconus in cap. licet, Citatus reſpondet affirm. quia Epiſcopus non poteſt eſſe talis, etſi non habeat proprias oves, quales ſunt titulares, & in partibus, ergo idem dicendum eſt de Parrocho. Sed Azorius part. 2. lib. 6. cap. 8. q. 9. Philliuc. Tract. 41. cap. 5. n. 23. & P. Leander. q. 14. reſpondent ut quid probabilius negative. Quod ſic probant, ideo parrochus intra annum tenetur fieri ſacerdos, quia lex obligat illum ut paſcantur oves commiſſæ. Sed in noſtro caſu non dantur oves, ergo nec obligatio ad ſacerdotium.

Ratio igitur Archidiaconi nihil probat, quia Epiſcopus non poteſt eſſe talis, niſi ſit ſacerdos; nam Epiſcopatus nihil aliud eſt quam ſacerdotium perfectum. Ea de cauſa ſi Epiſcopus conſecretur, & non ſit ſacerdos, non tenet talis conſecratio, nec character aliquis imprimitur. Ita Sanch. lib. 7. opuſcul.

cap. 1. dub. 1. n. 8. & P. Leander de Epiſcopis Tract. 6. diſp. 6. quæſt. 14.

Unum igitur notandum cum P. Leandro, quod ſi ob peſtem, vel aëris intemperiem, aliò profecti fuerint parrochiani, & aliquibus annis elapſis redierint, tunc jure proliminii (ideſt reaquiſitionis parrochia ad ſua jura, & bona revertitur.) Et conſequenter promotus ad illam parrochiam, intra annum tenetur fieri ſacerdos, adhoc ut poſſit habere curam gregis ſibi commiſſæ. Dixi intra annum à die quo parrochiani cæperunt eſſe actu in parrochia, idem aſſeverat Barboſa de offic. parrochi citatus cap. 2, & inſuper addit lite pendente non tenetur fieri ſacerdos, niſi à Die in qua fuit & habet pacificam poſſeſſionem Beneficii parrochialis.

Ubi vero viget trid. circa parrochias conferendas, collatio eſt facienda per ſolum concurſum ita Trid. ſſ. 24. cap. 18. & utinam Eccleſia Gallicana tali ſalubri concurſu, circa Beneficia cum cura uteretur pro tunc per quam certo, prudentiores, doctiores, & aptiores miniſtri haberentur, ad Eccleſias in omnibus caute & fideliter regendas.

Difficultas eſt, an Epiſcopus poſſit

onferre beneficium perſonæ per ſe no-
oriè Doctæ, & bene meritæ ſine con-
urſu & examine ubi viget Trid. aliqui
Doctores reſpondent affirm. quia Trid.
 tantum requirit concurſum, ut bene-
cium detur digniori, ſed Epiſcopus eſt
ertus de ſcientia, & moribus illius præ
eteris, ergo &c. attamen cum. Garzia
e beneficiis part. 2. cap. 5. n. 10. &
oſtro Patre Leandro q. 26. reſp. neg.
uia textus trident. ad litteram eſt ſervan-
us, imo ait idem P. Leander q. 25. ſe-
nel examinatus & approbatus ad parro-
hiam, ſi contingat vacare aliam Eccle-
am parrochialem, & velit aſſumere il-
am, iterum eſt examinandus ex Bulla
ii V. & decreto Congregationis Conci-
i, niſi conſuetudo in aliqua Diœceſi
ontrarium evincat. Ea de re ſi unicus
ppareat in concurſu eſt ſemper exami-
andus ut forma à Concilio data Religio-
e obſervatur. Sic enim declaratum fuit
Congregatione concilii referente Garzia
upracitato.

Quod in concurſu Beneficii, dignitas
ligendorum ſumatur, comparativum pro
oſitivo, vel ſumatur dignior quatenus
xcluditur tantum indignus eſt propoſitio
7. damnata ab Inn. XI.

Difficultas eſt adhuc quando beneficium parrochiale habet jus patronum an Epiſcopus debeat admittere concurſum. R°. cum Garzia cap. 2. n. 253. Filliuc. Tract. 41. n. 145. & P. Leandro q. 39. diſtinguendo, vel jus Patronus eſt laicus, vel Eccleſiaſticus. Si ſecundus, Patronus multos circa quos dabitur concurſus præſentare debet, quia ita videtur declaratum à trid. 55. 24. cap. 18. ſi primus ille tantummodo qui eſt præſentatus à patrono eſt admittendus ab Epiſcopo ſine concurſu, modo ut inveniatur ſatis habens. Quod ſi patronus velit præſentare multos, tunc Epiſcopus tenetur admittere illos ad concurſum, ut dignior eligatur, quia ita fuit deciſum à Congregatione Concilii referente Garzia de beneficiis part. 9. cap. 2. n. 256.

Difficultas eſt 3°. Quando Patronatus circa beneficium eſt mixtus, ideſt Clericorum & Laicorum. Talis præſentatio ſubjacet ne concurſui Barb. in ſumma Apoſtolicarum deciſionum collact. 552. n. 59. Filinus in tract. quando litteræ Apoſtolicæ ampliatione 6. & limit. 3. & Covarr. pratic. cap. 36. n. 5. v. 3. opportunè Reſpondent negative quia tale beneficium reputatur laicale per præſentationem

tionem, ſed præſentatio Laicalis non eſt concurſui ſubjicienda ergo, &c. Barb. enim ait vidiſſe formam autenticam, & originalem declarationem ſacræ Congregationis ſub Die 5. Februarii 1628.

Garzia vero cap. 2. n. 218. Filliuc Tract. 41. cap. 4. n. 146. reſp. affirm. quorum ratio hæc eſt. Talis præſentatio cenſetur eſſe potius Eccleſiaſtica quam Laicalis ſed præſentatio Eccleſiaſtica ſubjicitur concurſui, ergo &c. quia, ait idem Garz. illud eſt favorabilius Eccleſiæ, ut melius, & aptius Beneficium provideatur de perſona bene merita, inſuper addit tria eſſe congregationis concilii decreta ſic deciſiva.

Quid autem concludendum ſit in his duabus propoſitionibus contrariis reſpondet noſter P. Leander q. 41. ſecundam eſſe probabiliorem ut pote communionem, ſi decreta relata à Garzia ſint vera. Ego vero credere totum eſſe ſolvendum juxta cujuſcumque Diœceſis conſuetudinem, cum non bene conſtet de veritate decretorum, ob illorum directam oppoſitionem.

CAPUT II.

De reſidentia Parrochi in ſua Parrochia.

NOmen reſidentiæ hic à nobis ſumitur pro ſiſtentia in loco ubi beneficium habetur. Omnes igitur illi qui per ſeipſos exercere debent in loco beneficii, tenentur ad illam, quia beneficium datur propter officium, quod dicitur finis beneficii. Reſidentia vero eſt medium. Ergo beneficiarii tenentur ad reſidentiam: nam qui tenetur ad finem, tenetur etiam ad medium conducens ad eumdem quod colligitur ex tit. 4. de clericis non reſidentibus pro quo melius capeſcendo.

Sciendum: 1o. Tales beneficiarios, vel eſſe ſimplices, vel eſſe cum cura animarum, quales ſunt Epiſcopi, Abbates, ſuperiores regulares, & parrochi.

Sciendum: 2o. Quoſcumque beneficiarios jure canonico teneri ad reſidentiam, quia beneficium datur propter officium, ut colligitur ex cap. quia nonnulli, &

ap. conquerentes de clericis non reſi-
lentibus.

Sciendum: 3°. Uſu generali & con-
uetudine introductum fuiſſe beneficia-
ios ſimplices non teneri ad reſidentiam
erſonalem; teneri tamen per alios ſa-
isfacere beneficiis. Sic ſæpe declaratum
uit à congreg. concilii referente Garzias
ap. 21. n. 3. ubi notat talem conſuetu-
inem eſſe abrogatam, ubi adeſt ſtatutum
consuetudo in contrarium.

Sciendum: 4°. Etiam conſuetudine in-
oductum fuiſſe quædam ſimplicia bene-
cia in Italia, & potiſſimum in Hiſpa-
ia, non obligare nec per ſe, nec per
lios; quod tamen à Canoniſtis, nec
udatur, nec approbatur. Niſi benefi-
ium ſimplex obliget tantum ad recitatio-
em horarum canonicarum ita Azorius
art. 2. lib. 7. cap. 3. q. 2. P. Leander
ſp. 4. q. 4. his ſuppoſitis.

Quæritur: 1°. Utrum reſidentia parro-
horum ſit non tantum de jure Canoni-
o; ſed etiam naturali & divino. Cam-
egius in Tract. de reſidentia Epiſcopi
ſp. negative ſed omnes contra illum
ſp. affir. quod teneantur jure Canonico
on eſt difficultas, ut patet ex trid. ſ.
3; cap. 1. de reform. quod etiam de na-

turali convincitur, quia qui recipit aliquod munus & officium ex principio naturali ſe obligat ad illud exercendum, ſed parrochus &c. ergo &c. quod etiam jure divino: 1o. Hoc infertur ex trid. citato dicente, *Cum præcepto divino mandatum ſit omnibus quibus cura animarum commiſſa eſt, oves ſuas agnoſcere pro his ſacrificium offerre, verbique divini prædicatione, Sacramentorum adminiſtratione, ac bonorum omnium operum exemplo paſcere, pauperum, &c.* Quæ omnia nequaquam ab his præſtari, & impleri poſſunt, qui gregi ſuo nec invigilant, nec aſſiſtunt: 2o. Ex verbis Chriſti. *Paſce oves meas Joan.* 21. quæ quidem verba; quamvis directe divo Petro fuerint dicta, attamen ſecundario dicta ſunt aliis paſtoribus quos Petrus repreſentabat, tanquam paſtor univerſalis & caput Eccleſiæ. Ita Barboſa de poteſt. epiſt. pract. 5. allegat. 13. n. 2. Palaus Tract. 13. diſp. 5. Punct. 11. n. 2. P. Leander q. 5.

Dices parrochi recipiunt ſuam authoritatem ab Epiſcopis, & Epiſcopi à Papa, ergo reſidentia eſt tantum de jure humano. Ro. diſtinguendo parrochi recipiunt ab Epiſcopo principaliter nego. Cum à ſolo Deo recipiant, miniſterialiter, &

inſtrumentaliter conc. cum Epiſcopus ſit tantum miniſter, & inſtrumentum, quo talis authoritas recipitur. Exinde tamen non ſequitur; reſidentiam eſſe tantum de jure humano. Quia quamvis mutuus conſenſus partium in contractibus, pariat obligationem humanam attamen ſemper ſupponit obligationem naturalem; quia quiſquis tenetur ſtare promiſſis.

Hinc ſequitur parrochum teneri ad reſidentiam; etiamſi à Papa detur illi coadjutor, cum futura ſucceſſione; quia non eſt credibile Papam dare coadjutorem ad eximendum eum omnino à reſidentia, & cura animarum, pertinente ad ipſum de jure divino. Nam ex ethimologia nominis, ſatis indicatur, quid per nomen Coadjutoris intelligitur. Ita omnes Doctores, maxime Garzias citatus à n. 172. uſque ad. 179. incluſive, citans pro hac re quoddam decretum ſacræ Congreg. Concilii ubi ſic habetur. *Parrochus debet reſidere in loco, ubi ſita eſt Eccleſia parrochialis etiamſi datus ſit Coadjutor ratione infirmitatis.*

Ideo hoc unum eſt notandum, quod quando parrocho datur aliquis, vel eſt ad juvandum, quo pacto ſemper tenetur ad reſidentiam, ut habere poſſit cu-

ram animarum, vel datur illi cum incumbentia totius parrochiæ, pro tunc parrochus diſpenſatur à reſidentia, quo pacto talis ſic promotus, dicitur potius novus rector Eccleſiæ; quam Coadjutor. Ita omnes Doctores.

Sequitur etiam parrochum teneri ad reſidentiam in domo propinquiori Eccleſiæ, ut parrochiæ inſervire poſſit, & nihil relinquat ex debito parrochialis Eccleſiæ, quæ quidem reſidentia debet eſſe intra limites ipſius parrochiæ, alioquin tenebitur ad reſtitutionem fructuum ex Trid. ſ. 23. cap. 1. de reform. quod etiam declaratum eſt à Congreg. Concilii ita Barb. in ſumma Apoſtolicarum deciſionum collect. 5 59. quamvis alibi videatur ſuſtinere contrarium. Ita etiam Garzias n. 179. & P. Leander q. 25.

Hoc unum tamen eſt notandum quod ſi parrochus relinqueret domum parrochialem ad habitandum in domo parentum, ſciente, & tacente Epiſcopo, muneri reſidentiæ ſatis faceret, ſi ſufficienter providere poſſit, tali habitatione, ad Sacramentorum adminiſtrationem. Ita omnes Doctores citati.

Sed poſito quod Eccleſia parrochialis ſit in loco campeſtri; ubi pauciſſimi ha-

itant incolæ ; & in oppido ſit longè
major parrochianorum numerus P. Lean-
ler q. 26. reſpondet, pro tunc teneri
abitare in oppido ; quia reſidentia non
atur propter Eccleſiam parrochialem
impliciter, ſed propter neceſſarium ani-
narum, ergo ubi eſt major neceſſitas,
ibi erit major obligatio ut patet ex
Trid. ſeſ. 23. cop. 4. de reform. ſuccur-
ere tamen debet aliis meliori modo quo
oterit, ut obſervat idden. Trid. & inſuper
P. Leander dicit q. 38. quod monachus
xercens curam animarum in parrochiali
ependente à Monaſterio, reſidere debet
n parrochia, propter rationes ſupradi-
tas. Ita diffinitum fuit à Congreg. Con-
ilii ſub die quinta Aprilis 1631. hac
e cauſa.

Quæritur : 20. an parrochus ſatisfaciat
uæ obligationis, ſi à confinis ſuæ par-
ochiæ, ſaltem per unum milliare diſtat.
Paſqualig. variarum deciſionum 463. &
P. Leander reſpondent negat. Quia talis
non cenſetur moraliter præſens, cum no-
abiliter impediatur, ne ad caſus repen-
inos, & ad ipſos vocari, occurrere poſ-
it. Nec mirum ſi pluries plures mori
contingat, in graviſſimum damnum par-
ochianorum, cum jure divino & hu-

mano præcipiatur parrocho, ut propriis ovibus aſſiſtentia paſtoralis interveniat, quod moraliter fieri non poteſt in tali diſtantia.

Sed poſito caſu quod æque bene, imo & melius propriis ovibus per alium provideat, tenebitur ne ad reſidentiam reſp. affirm. nec per tale ſervitium diſpenſatur à reſidentia perſonali ut patet ex Trid. citato, quia talis reſidentia non ſufficit, ſed debet perſemetipſum adminiſtrare Sacramenta, non dicitur adeſſe ſed potius abeſſe. Propter abſentes datur talis pœna, ergo & propter non operantes. Nam beneficium datur propter officium, ergo ſi non faciat non cenſetur habere beneficium. Ita Barb. de officio parrochi part. 1. cap. 8. n. 4. Garzias. n. 16. Palaus Tract. 13. diſp. 5. punct. 1. n. 2. P. Leander q. 13.

Hinc ſequitur nomen reſidentiæ, non eſſe ita amare ſumendum, ut parrochus à parrochia nunquam diſcedere poſſit etiam recreationis cauſa: ideo reſidentia eſt ſumenda civili & rationabili modo; nam in moralibus parum reputatur pro nihilo, maxime dum nullum adeſt periculum, ideoque ſi per aliquas horas abeſt non cenſetur abeſſe; quod ſi per duos

aut

aut tres dies abeſt à parrochia, potiſſime ubi nullus alius ſacerdos adeſt, habet valde derationabili, ait P. Leander 4. 35. eſſe peccatum mortale, propter multa inconvenientia, quæ poſſunt evenire. In civitatibus verò ſive oppidis ubi facilius parrochus poteſt obviare, per alios ſacerdotes ibi degentes, eſt majus, minuſve peccatum ratione periculi eventui. Ea de cauſa funera in vicinioribus oppidis, anniverſaria celebranda, & menstruæ congregationes faciendæ juxta conſuetudinem, non dicuntur impedire reſidentiam ita omnes Doctores.

Parrochus igitur qui per bimeſtre, ſine licentia ſuperioris à ſua parrochia diſcederet, modo ut ſit cum legitima cauſa, & ſine detrimento ovium non peccaret mortaliter ita Barboſa alleg. 42. n. 96. Garzias à n. 19. uſque ad 24. Bonac de ære, & oblig. beneficiorum ad reſidentiam diſp. 5. punct. 4. n. 6. quia quod ex juſta & rationabili cauſa fit, rationabiliter & prudenter fieri dicitur ergo, &c. ſuper bimeſtris abſentia continua vel interrupta ex veterum canonum ſententia, parva & modica reputatur, ſed gravitas materiæ excuſat à peccato mortali, ergo & abſentia bimeſtris poſſi-

tis ponendis ut ſupra.

Parrochus igitur poteſt cum juſta cauſa abeſſe à reſidentia beneficii, ſine ſcrupulo conſcientiæ ad bimeſtre, quia Epiſcopus ſtrictius tenet ad reſidentiam, quam parrochus, ſed Epiſcopi poſſunt per duos vel tres menſes abeſſe ſine licentia, ergo & potiori jure & parrochi, nam trid. eodem modo diſcernit circa utrumque ut videbitur in ſequentibus.

Diximus ſupra parrochum non reſidentem privari fructibus beneficii difficultas eſt, an privetur ipſo facto, ante ſententiam declaratoriam judicis. Navarra in manuali cap. 13. n. 121. Layman lib. 4. tract. 2. cap. 6. n. 6. reſpondent non teneri quia lex trid. eſt tantum pœnalis. Sed Garzias. n. 136. 3. partis cap. 2. Santarellus lib. variarum q. 4. n. 4. Molpheſius tract. 6. cap. 11. n. 43. reſp. affirm. & 1o. Ad oppinionem contrariam. Dicunt enim legem pœnalem non obligare ante judicis ſententiam, quando non eſt aliquid aliud expreſſivum conc. ſi ſit nego tridentinum igitur dat privationem fructuum non reſidenti, in pœnam ſed cum declaratione quod ipſo facto privetur, nam in cap. 1. 55. 23. de reform. habetur. *, nec tuta conſcientia, alia. etiam*

leclaratione non expectata, fructus ſibi re-inere non poſſe. 20. Secluſo Trid. decre-o, parrochus non poteſt ſibi retinere ructus, juxta legis naturalis obligatio-iem, ergo à fortiori, poſito decreto trid. etinere non poteſt, quia decretum trid. ion eſt impoſitum ad tollendam, vel iminuendam naturalem obligationem, ed potius ad corroborandam ergo, &c. is autem naturale dictat eſſe reſtituen-um illud ad quod nullum habetur jus, ullum habetur in non reſidente, ergo arrochus non reſidens tenetur ipſo fa-to reſtituere fructus ad pro rata ſui be-eficii. Oppinio igitur Navarra, & Lay-ian nullo fundamento, & ratione ſta-ilitur ob expreſſam declarationem Tri-entinam.

CAPUT. III.

De cauſis excuſantibus à reſi-dentia.

CAuſæ excuſantes à reſidentia, ad qua-tuor capita revocantur: 1°. Chari-tem Chriſtianam: 2°. Neceſſitatem ur-

gentem: 3o. Obedientiam debitam: 4o. Evidentem Eccleſiæ, vel boni publici utilitatem. Modo ut ex tali abſentia, parrochia notabile damnum non patiatur, & per alium parrochus provideat iis quæ erunt neceſſaria parrochiæ per ſacerdotem ab ipſo deſtinatum ita omnes Doctores fundati in Trid. ſſ. 23. cap. 1. de reform.

Hoc unum: 1o. Notandum, melius & ſecurius eſſe pro parrocho quod data quacumque neceſſitate, petat licentiam ab Epiſcopo per bimeſtre, qua non obtenta in conſcientia recedere poteſt. Nam id non efficitur ad licentiam obtinendam ſed tantum ad demonſtrandum illi cauſam non reſidentiæ, quia Trid. dat illi talem authoritatem. Attamen in tali abſentia excedere non debet duos menſes, & ſuperiori rationem reddere fundatam in æqua cauſa, & abſque ullo gregis detrimento. Inſuper talis abſentia, non eſt facienda tempore adventus, nativitatis Domini, quadrageſimæ, paſchæ, Pentecoſtes, Corporis Chriſti: quibus diebus, oves præſentia parrochi ſunt reficiendæ, ut obſervat idem trident. Quantum fieri poterit.

Notandum: 2o. Quod ſi parrochi ul-

ſa bimeſtre, ſe abſentare velint non ſo- ı voce ab ordinario, licentia eſt con- cedenda; ſed etiam ſcriptis quia Trid. itatum dicit, *ſcriptis eſt approbanda.* Id- em confirmatur à Congr. Concilii. Re- ferente Garzia 3. part. cap. 2. n. 37. Bar- boſa de offic. parrochi part. 1. cap. 8. . 59. & P. Leander diſp. 5. q. 121. & Palaus diſp. 3. punct. 3. n. 5.

Et ideo ſuppoſito quod detur juſta auſa in parrocho, & ordinarius nolit oncedere; pro tunc recurrere poteſt ad ıperiorem; quia quod petitur ab ordi- ario, non eſt ſub motivo gratiæ, ſed intum juſtitiæ, ergo ad ſuperiorem re- urrere poteſt.

Dixi non ſola voce, ſed etiam ſcri- tis talem licentiam eſſe obtinendam. ttamen cum leſſio lib. 2. de jure & : juſtitia cap. 34. renſ. 4. n. 12. P. Lean- er q. 25. Reſp. ut quid[illegible] probabile, centiam ſola voce conceſſam in fôro terno eſſe validam. Nec talem parro- ıum teneri ad reſtitutionem fructuum; uia ſcriptura non eſt de eſſentia gra- æ, quæ conſiſtit in ſola voluntate con- edentis. Tum quia trid. non irritat fa- um, cum illius decretum non ſit irri- tivum ſed tantum prohibitivum, ergo

talis parrochus poteſt manere tutus in conſcientia. Attamen cum tali conſenſu vocali, manere poteſt tutus, quamvis puniri poſſit. Pœna impoſita eſt propter non reſidentes: nam forum fori non credit ſimplici aſſertioni, ſed tantum probationi.

Dicat forſan aliquis, nec Papa, nec Epiſcopus diſpenſare poſſunt in non reſidentia cum ſit de jure divino reſidentia, ergo &c. omnes Doctores reſpondent poſſe diſpenſare à reſidentia, ſed diſcrepant in modo loquendi. D. Thom. 2. 2. q. 88. a. 10. in c. D. Bonaven. in 4. diſt. 38. art. 2. q. 3. & D. Antonius part. 2. tit. 11. cap. 2. 6. & 9. dicunt Papam non habere poteſtatem ad tollendam obligationem reſidentiæ, utpote juris divini, ſed ſolum in eo caſu declarare, in eo caſu reſidentiam non obligare; eo quod illius executio ſit, vel illicita, inutilis, vel majoris boni impeditiva. Suares verò tom.2. de relig. lib. 6. de voto cap. 9. n. 6. Molpheſius tract. 3. cap. 11. n. 26. & P. Leander diſp. 17. q. 3. inſuper dicunt, Papam diſpenſare poſſe, in iis quæ ſunt de jure divino formaliter, modo ut radicaliter, & fundamentaliter ſint de jure humano. Ideoque

quamvis reſidentia ſit de jure divino eſt etiam de jure humano radicaliter quatenus facta eſt ab Eccleſia diviſio beneficiorum ita ut quilibet ſuo beneficio reſideat. Ea de re data juſta cauſa, ſuperior declarare poteſt, talem reſidentiam non obligare pro tunc, ſin autem diſpenſatio eſſet nulla, quia ſuperior debet eſſe fidelis adminiſtrator authoritatis conceſſæ à Chriſto Domino. Quando igitur Chriſtus dicit D. Petro, & aliis in perſona illius. *quodcumque ligaveris &c. & ſolveris &c.* Hoc eſt ſemper intelligendum cum juſta cauſa ſaltem reputative; alioquin talis ligatio & ſolutio erunt nulla. Ut dicitur cum de voto & de cenſuris.

Ideoque quando dicimus, Papam diſpenſare poſſe in jure divino & naturali, non intendimus dicere, quod poſſit tollere jus divinum directe & naturale, ſed tantum quatenus tale jus oritur & ſequitur ex actione humana, quo pacto quamvis ſit de jure divino formaliter, eſt etiam de jure humano radicaliter & fundamentaliter, ut patet ex ſupradictis. Tunc Papa diſpenſando non cenſetur dicere, quod jus divinum aut naturale non obligant ut ſic, quia non eſt ſimpliciter Dominus ſed tantum adminiſtrator, id eſt non obligare, in tali, & tali caſu oc-

currente ob cauſas juſtas, ex quibus ſequitur, quod actio vel non actio, quæ aliunde eſſet mala, propter jus divinum, per diſpenſationem cohoneſtatur, vel ſaltem redditur indifferens ita Doctores citati.

Sed quæritur ſi quis bona fide petierit diſpenſationem, ſed data, & obtenta, videt ſine cauſa ſufficienti fuiſſe conceſſam, erit ne valida? aliqui Doctores cum D. Thoma ſupra citato reſpondent negative, quia jura & DD. Clamant ad validam diſpenſationem requiri cauſam, juſtam & non apparentem. Ergo ſtatim atque eſt certificatus quis de inſufficienti cauſa tenetur ad reſidentiam. Et confirmatur ex eo quod poteſtas diſpenſandi data eſt Eccleſiæ ad ædificationem non autem ad deſtructionem, ſed eſt data, ſine juſta cauſa, ergo &c. Garzias vero part. 3. cap. 2. n. 36. Leſſius de juſtitia lib. 2. cap. 40. dub. 17. n. 119. de voto, & P. Leander reſpondent affir. quia ad divinam bonitatem pertinet, approbare quod bona fide petitum, & conceſſum fuit, ex eo quod ſuavitati regiminis Eccleſiæ, ſit conformius, ergo & lubentius debet excipi. Sed, ut verum fatear, Doctrina D. Thomæ mihi certa, & certior eſt patefacta, quia talis ſuavitas regiminis Eccleſiæ, non videtur ſufficiens ad animi ſecuritatem ſta-

biliendam. Ideo ultro, citroque angelici Doctoris ſententiæ adhæreo. Sed hæc luculentiori modo Deo favente ſolventur, cum de voto, & diſpenſatione legum, qua propter Doctrina Garzias, Ieſſii & P. Leandri ſuſtineri non poteſt.

Servitium igitur Epiſcopale non eſt fundamentum ſufficiens ad diſpenſandum à reſidentia. Ita P. Leander diſp. 5. q. 26. qui dicit, duas eſſe pro hac re Sacræ Congreg. declarationes; quamvis alium idoneum miniſtrum aſſignet pro ſervitio parrochiæ. Ita etiam Garzias citatus n. 42. & Emmanuel ſa V. reſidentia n. 1.

Epiſcopus tamen poteſt uti parrocho, pro tempore duorum menſium à Trid. permiſſo, nempe in viſitationes, ob officium proviſoris, & aliorum ſic enim declaratum fuit à Congreg. Concilii ut refert Barboſa de poteſtate Epiſcopi. part. 2. cap. 8. n. 23.

Utrum autem parrochi Eccleſiæ Cathedralis poſſint eſſe Vicarii generales Reſp. in hoc caſu ſervandum eſſe uſum cujuſcumque patriæ. Nam in aliquibus Diœceſibus Hiſpaniæ expreſſè prohibitum eſt, ne parrochi judices ordinarii aut delegati appellationum efficiantur. Ita P. Leander q. 28. qui ex Bulla Pii V. hoc in-

fert ſub die 27. Auguſti 1615.

Utrum autem ſtudiorum cauſa parrochus poſſit abeſſe à ſua Eccleſia Reſp. diſt. de jure communi concedo. De jure novo nego. Cum in hac parte Trid. abrogaverit jus commune. Dat tamen Epiſcopis facultatem diſpenſandi ad bimeſtre tantum, & cognita cauſa. Et quod ſtudium non ſit cauſa ſufficiens ad diſpenſandum à reſidentia, patet, quia Trid. ordinavit talia beneficia dari ad concurſum, ergo ſupponitur quod ille qui recipit iſtud, eſt ſufficienter inſtructus, ut idoneus, nec conſequenter eſt neceſſe quod ſtudiorum cauſa, ab Eccleſia qua promotus eſt, abſit. Quod etiam videtur confirmatum à Decreto Congreg. Concilii ſub die 2. Februarii 1540. per quod dicitur. *Abſentes ſtudiorum cauſa, non poſſunt percipere fructus beneficii, nec ordinarius poteſt talem licentiam concedere.* Ita omnes Doctores dato Tridentino.

Exinde concluditur ſolam cauſam ſufficientem, eſſe fundamentum diſpenſandi à reſidentia in parrochia, ſcilicet charitatem Chriſtianam modo ut propriæ oves majus detrimentum non patiantur, neceſſitatem urgentem, quæ tamen eſt ſemper dignoſcenda ab ordinario, obedien-

tiam debitam, quæ conſiſtit in authoritate præcipientis, & evidentem utilitatem Eccleſiæ. Demptis iſtis quatuor cauſis, aliæ omnes videntur inſufficientes. Ita communiter Doctores. Ex hac occaſione quædam eſſent dicenda, de reſidentia aliorum beneficiorum. Videatur quæ ſupra ſunt dicta, de reſidentia parrochi cap. 2.

CAPUT. IV

De pœnis contra non reſidentes.

QUamvis in jure nulla alia pœna ſtabilita ſit contra non reſidentes, niſi privatio fructuum beneficii. Attamen talis parrochus cenſetur peccare mortaliter non reſidendo, niſi parvitas materiæ illum excuſet, quia qui operatur contra jus divinum, naturale, & canonicum in re gravi ſemper peccat mortaliter. Ita omnes Doctores.

Parrochus tamen poteſt compelli ad reſidentiam per cenſuras uſque ad privationem beneficii, ab ordinario ſuo,

quo modo mitius reſpondent ad quæſitum, & dicunt in parrocho duo eſſe conſideranda, unum ratione reſidentiæ, & onerum illius, & aliud ratione officii; & ſic ſi deſit tantum reſidentia, reſtitutio eſt facienda, quantum ad illam partem quæ reſpicit illam, ſi utrumque deſit, reſtitutio eſt facienda in integrum omnium fructuum ad pro rata temporis. Quia beneficium parrochiale datur, non ſolum propter reſidentiam, ſed etiam propter officium, ſed ex duobus nullum habetur. Ergo ad integrum tenetur. Quod ſi ſola reſidentia deſit, æquum non eſt quod fructus beneficii ſimpliciter pro rata temporis ſolvantur, & reſtituantur, ſine aliquo Reſpectu divini officii. Nam jus naturale, & dictamen rationis contrarium evincunt, maxime cum in materia odioſa qualis eſt pœnalis, non ſit facienda extenſio, ſed mitior pars ſit deſumenda. Ideo ſi ſit ſtandum ad rigorem, & ſenſum literalem Trid. prima opinio eſt tuenda, & tenenda: ſi vero ad voluntatem interpretativam Tridentini, & in favorem parrochi, ſecunda erit verior utpote mitior. Ideoque utraque manu amplexanda. Ita etiam Cabaſſut lib. 6. cap. 13. n. 13. ubi diſerte

ſolvit totam difficultatem.

Hoc unum igitur notandum non reſidentiam, privare ipſo facto fructibus beneficii, nullo habito reſpectu ad ſententiam declaratoriam criminis. *Alia enim declaratione non ſequta.* Ait Trid. citatum Nec etiam licitum eſt Epiſcopo facere aliquam compoſitionem cum parrocho non reſidente, circa fructuum beneficii remiſſionem, quia tales fructus ex eodem trid. dicuntur pertinere ad Eccleſiam vel pauperes parrochiæ. Nec etiam poteſt dari appellatio, pro reſtitutione fructuum, ut tollatur de medio, omnis occaſio abſentiæ. Ita communiter Canoniſtæ.

Inſuper notandum, quod ſi quis non recitat officium per ſex menſes, à die collationis beneficii, quamvis peccet mortaliter, non tamen tenetur ad reſtitutionem fructuum, quod infertur ex Concilio Lugdunenſi, ſub Leonæ X. 55. 9. §. ſtatuimus his verbis. *Nullus ante ſex menſes primos, beneficii habiti, quamvis non recitet.* Ita toletus lib. 2. cap. 12. n. 5. Fernandez de Moure part. 3. cap. 12. §. 8, de horis canonicis.

CAPUT. V.

De obligationibus Parrochorum.

PArrochus igitur dicitur ille, qui certam parrochiam habet, ſive Eccleſiam, certis finibus conſtitutam, in qua populus ſe congregat, & illarum animarum nomine proprio curam habet.

Obligatio igitur parrochi, cum teneatur ad reſidentiam ad tria potiſſimum revocatur. Primum tenetur adminiſtrare Sacramenta. Secundum edocere populum Chriſtianum per prædicationem, & Doctrinam Chriſtianam. Tertium habere curam pauperum, de quibus omnibus ſigillatim erit aliquid dicendum.

§. I.

De obligatione adminiſtrandi Sacramenta.

QUantum ad adminiſtrationem Sacramentorum, obſervandum eſt,

parrochum teneri adminiſtrare his ritibus, & cœremoniis, quibus ſancta Romana Eccleſia utitur, quæ quidem adminiſtratio debet eſſe ſine conſcientia peccati mortalis alioquin peccabit. Ita omnes Doctores, qui notant parrochum non teneri in conficiendis quibuslibet Sacramentis, abſolute ad confeſſionem (dempta Euchariſtia) ſed ſufficere ſi eliciat actum contritionis in re vel reputativè. Conſulenda tamen eſt confeſſio, quando miniſter eſt ſibi conſcius peccati mortalis.

In adminiſtratione igitur Sacramentorum, parrochus debet habere voluntatem faciendi, juxta inſtitutionem Chriſti Domini, & intentionem ſanctæ matris Eccleſiæ, quæ quidem voluntas ſeu intentio, non debet eſſe neceſſario actualis, quamvis perfectiſſima ſed ſaltem debet eſſe virtualis, quæ alio modo moralis dicitur. Nam habitualis nullo modo eſt ſufficiens, cum ad actum humanum non reducatur.

Ideo quæritur utrum intentio abſoluta circa materiam ſub conditione, faciat Sacramentum validum. Pro quo.

Sciendum: 1°. aliud eſſe intentionem, & aliud attentionem, intentio eſt actus volun-

voluntatis, attentio vero intellectus: ea de cauſa nunquam datur intentio, niſi detur attentio actualis, quia voluntas, utpote potentia cæca, nunquam operatur, niſi intellectus per ſuam actionem, excitet illam.

Sciendum: 2°. Materiam, ſub conditione, eſſe vel de præſenti. Ut, ego te abſolvo ſi es capax. Vel de præterito, ut, ſi non es abſolutus, ego te abſolvo. Vel de futuro: ut ego te abſolvo, ſi cras v. g. des tantum Petro. His ſuppoſitis.

R°. Primo intentionem circa materiam ſub conditione de præterito & præſenti ſemper facere Sacramentum validum, modo ut quod ponitur ſub conditione, ſit cum cauſa rationabili, quia conditio de præſenti, & præterito numquam ſuſpendit actum, cum proprie non ſit conditio, ergo non ſuſpendit valorem Sacramenti. Quia reipſa verificatur Sacramentum, verificata conditione. Ita P. Leand. diſp. 9. q. 3. & omnes Doctores.

R°. Secundo intentionem circa materiam ſub conditione de futuro, ſemper invalidare Sacramenta (dempto matrimonio.) Quia vel Sacramentum eſt

validum, ſtatimatque datur abſolutio, quod non poteſt dici. Nam Sacramentum eſt tale juxta intentionem miniſtri, ſed miniſter intendit tantum adimpleta conditione, ergo non ſtatim quando proferuntur verba; vel adimpleta conditione futura, quod nequit etiam dici quia materia & forma pro tunc non coëxiſtunt utpote partes eſſentiales, ergo nullo modo eſt validum. Ita omnes Doctores.

Dicet aliquis ad valorem Sacramenti intentio virtualis miniſtri ſufficit, ergo materia, & forma ut virtuales ſufficient. R°. Negando conſequentiam quia validitas Sacramenti conſiſtit in prolatione verborum tanquam forma, circa perſonam præſentem, & determinatam tamquam materia quæ neceſſariò requirunt entitatem phiſicam. Ea de re miniſter ſive operatur actualiter ſive virtualiter, illius verba ſe habent phyſice. Non quod velim dicere, quod illa verba per phiſicam potentiam operentur, ſed quod ſint phiſice præſentia, & per virtutem Chriſti Domini producant effectum Sacramenti.

Dixi dempto matrimonio, ratione contractus qui numquam eſt validus niſi

adimpleta conditione, nam contrahentes in tantum ſe obligant, in quantum habent intentionem ſe obligandi. Quandonam igitur Sacramentum eſt validum. An adimpleta conditione, vel ſtatimatque ponitur conditio reſponſum habetur cum de matrimonio, ubi ex profeſſo talis quæſtio agitatur.

Hoc unum igitur notandum parrochum peccare adminiſtrando Sacramenta ſub conditione, ſive præſenti, ſive præterita, quia ponit ſe in periculo adminiſtrandi Sacramentum invalide. Ideoque numquam faciendum, ſine rationabili cauſa, quæ in utilitatem recipientis ſemper eſt referenda, ea de cauſa ait Barboſa de officio parrochi cap. 17. n. 9. intentio miniſtri ad validitatem Sacramenti debet eſſe abſoluta ita etiam. P. Leander q. 3.

§. I I.

De obligatione adminiſtrandi Baptiſmum.

QUantum ad Baptiſmum parrochus obſervarę debet, ea quæ in Rituali Romano de verbo ad verbum continentur. Ita determinatum fuit à Paulo V.

Hoc unum notandum, omnem ſacerdotem dici miniſtrum Baptiſmi ex officio, & omnes homines ex neceſſitate. Attamen concilium Florentinum declaravit, quod circa tale officium baptiſandi. Primus inter ſacerdotes eſt Papa in tote orbe. Secundus Epiſcopus in tota ſua Diœceſi. Tertius parrochus in ſua parrochia. Quartus vero omnes ſacerdotes ex commiſſione illorum ad quos pertinet. Reliqui vero homines, ex ſola neceſſitate. Sacerdos igitur ex officio eſt miniſter Baptiſmi, quia ut talis eſt inſtitutus ad adminiſtrandum baptiſmum, cum ratione baptiſmi recipiatur Euchariſtia. Ita Filliuc Tract. 2. cap. 4. n. 69.

P. Leand. diſp. 4. q. 17. poſt D. Thomam. 3. part. q. 82. art. 2. in c. ubi ſic concludit. *Et ideo dicendum eſt, quod proprium eſt ſacerdotis conficere hoc Sacramentum ſcilicet Eucharistiam.* Ita etiam D. Antoninus. 3. part. tit. 14. cap. 13. n. 4.

Hinc ſequitur : 1°. Non ſacerdotem baptiſando ſolemniter peccare mortaliter, quia facit contra prohibitionem Eccleſiæ in re gravi, uſurpando ſibi alienum officium, & incurrere irregularitatem ex cap. 1. de clerico non ordinato, ubi ſic habetur. *Si quis baptiſaverit, aut aliquod divinum officium exercuerit, non ordinatus, propter temeritatem abjiciatur ab Eccleſia, & nunquam ordinetur.* Quod eſt intelligendum de illo qui miniſtrat ſolemniter, in ordine quem non habet.

Sequitur : 2°. Parrochum baptiſantem ſcienter aliquem alterius parrochiæ, & invito proprio ſacerdote, peccare mortaliter. Quia immittit falcem in Meſſem alienam. (Idem dicitur de parentibus reſpective) in nullam tamen cenſuram aut irregularitatem incidunt, quia in jure nullibi eſt expreſſum.

Unum igitur eſt obſervandum à parrocho, quod nominet gentilium aut in-

fidelium, nunquam ſunt imponenda, ſed ſemper alicujus ſancti cujus vitam ait P. Leander diſp. 9. q. 4. proles pro viribus imitari poſſit, & cujus interceſſione regno cœlorum tandem uti valeat.

Inſuper obſervandum à parrocho, quod debet habere librum in quo deſcribat omnes diſtinctim, qui in ſua Eccleſia baptiſantur, cum nomine parentum (ſi ſint de legitimo matrimonio) & patrinorum, qui eoſdem baptiſmo ſuſceperunt. Barboſa tradit hanc formam, quam in gratiam ſtudentium redigere volui. *Ego Fulanus parrochus Eccleſiæ loci. N. baptiſavi filium N. & N. uxoris ſuæ juxta ritum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Patrinus & matrina fuerunt N. N. cui nomen impoſitum eſt. N. hac die N. Menſis N. anni. N.* Quod ſi filius baptiſandus illegitimus ſit, & parentes cognoſci nolint; ſic eſt ſcribendum. *Ego, &c. filium parentum non cognitorum.*

Quantum vero ad formam, & materiam baptiſmi, obſerventur quæ dicta ſunt ſupra. Ex hac tamen occaſione.

Quæritur 1°. cum parrochus teneatur ex officio adminiſtrare Sacramenta. Poſito quod recenter natus indigeat baptiſmo, & nullum habeat qui ipſum ba-

ptiſare poſſit. Ex altera parte adultus baptiſatus requirit ut audiat illum in confeſſione, ad quemcumque tendat alter uter moritur, unus ſine confeſſione, & alter ſine baptiſmo. Quæritur igitur ad quem potius tendere debet. Quæſtio non parvam patitur difficultatem. Si parrochus tendat id infantem, adultus privatur gratia, & punitur pœna æterna. Si vero tendat ad adultum, infans privatur gloria æterna, & cum ex duobus malis Minus ſit ſemper eligendum; nam minus eſt malum privari ſola gloria Dei non nociva, quam privari gloria ſimul & puniri pœna æterna, ergo inferendum eſt, parrochum teneri potius ad adultum, propter confeſſionem quem ad infantem propter baptiſmum.

Attamen quamvis baptiſmi & pœnitentiæ Sacramenta dicantur neceſſaria, neceſſitate medii, & præcepti, & in utroque videatur par. Ratio reſp. tamen potius teneri ad infantem quam ad adultum, quia tenetur ad id ex officio ubi major eſt neceſſitas, ſed major eſt in infante, quam in adulto, &c. Nam infanti, & ratione præcepti & ratione medii, baptiſma eſt neceſſarium, quod vel in re vel in voto non poteſt recipere,

non in re cum non habeat conferentem, nec in voto cum non ſit capax rationis, adulto etiam pœnitentia eſt neceſſaria eodem motivo, quamvis diſpenſetur à præcepto; cum non poſſit habere confeſſarium, non tamen diſpenſatur à medio; cum actum contritionis elicere poſſit in qua votum Sacramenti pœnitentiæ continetur, quod ſufficit ad hoc ut ſalutem conſequi poſſit. Ergo in iſto caſu parrochus potius tendere debet ad infantem, quàm ad adultum; & contrarium faciens peccat mortaliter, quia defficit in his ad quæ ex officio tenetur.

Sed poſito quod adultus ſit baptiſandus ad quem potius tenebitur adire vel ut baptiſet, uel confiteatur. Reſpondeo ad ſecundum quia ſi adultus baptiſatus habet medium ad ſalutem conſequendam, & quoque baptiſandus nempe baptiſmum in voto, ideoque tam baptiſatus quam baptiſandus poſſunt ſaluari. Parrochus tamen tenetur magis ad baptiſatum, quia petendo, petit id ad quod habet jus: nam non baptiſatus eſt extra ovile & nullum habet jus, & ſic parrochus recuſando adminiſtrationem pœnitentiæ peccat contra juſticiam, & alteri admi-

niſtra

niſtrationem baptiſmi peccat contra ſolam charitatem. Sed juſtitia magis urget quam charitas : ergo parrochus potius tenetur ad conferendum Sacramentum pœnitentiæ adulto, quam baptiſmi adulto.

Sed quis poſſet dicere parrochum teneri ex officio ad adminiſtrationem Sacramentorum. Ergo peccat etiam contra juſtitiam non adminiſtrando baptiſmum. Eſto quod hoc ſit verum. Reſpondeo tamen magis teneri ad adultum baptiſatum, quam baptiſandum. Quia quando dantur duo præcepta ſimul concurrentia, quorum unum eſt neceſſario obſervandum, pro tunc magis obligativum & neceſſarium eſt ſemper conferendum; ſed major eſt obligatio parrochi circa adultum baptiſatum, quia eſt de proprio ovili, qua de re habet jus petendi : quamvis in utroque ſit eadem neceſſitas nempè ad ſalutem conſequendam. Ergo potius tenetur ad baptiſatum quam ad baptiſandum. Ut pater in filio qui habet unicum remedium ad ſalvandam propriam vitam, aut patris, utrumque tamen fundatur in juſtitia ; quia juſtitia magis urget erga ſe ipſum quam erga patrem. Ergo potius tenetur ad ſe ipſum quam ad patrem. Inſuper ſi baptiſandus habeat jus

eſt tantum ad rem ſeu in potentia : baptiſatus verò in re propter baptiſmum jam ſuſceptum. Ergo &c.

Denique in baptiſato lapſo in mortali adeſt præceptum divinum de recipienda pœnitentia, quod tamen non habetur in non baptiſato. Ita Becanus cap. 36. de pœnit. q. 4. P. Leander part, 1. tract. 5. diſp. 3. q. 9. Baſſæus verbum. Confeſſio n. 5. quod colligitur ex trid. ſeſſ. 14. cap, 2. & 5. cum baptiſmus dicatur janua Sacramentorum : ergo, cum ſolus ſacerdos poſſit adminiſtrare pœnitentiam baptiſato conſequenter magis tenebitur ad illum quam ad baptiſandum.

Quæritur. 2°. An valeat baptiſmus ſuſceptus ab ebrio qui ante ebrietatem intendit ſuſcipere baptiſmum. Pro quo.

Sciendum. 1°. Quodlibet Sacramentum tribus perfici, materia, forma, & intentione, ut dicitur cum de Sacramentis in genere, quod ita fuit determinatum à Concilio Florent,

Sciendum. 2°. Intentionem recipientis non eſſe ſimpliciter neceſſariam. 1°. Quia Conc. Florent, loquitur tantum de miniſtro non autem de ſubjecto recipiente. 2°. Pueri verè recipiunt baptiſmum, ordines, confirmationem, Euchariſtiam, &

extremam unctionem, ſi eis conferantur, qui tamen ſunt incapaces rationis. Ergo intentio recipientis non eſt ſimpliciter neceſſaria. Non enim ſic concluditur de pœnitentia, & matrimonio: quia iſta duo Sacramenta requirunt actum liberum ex parte recipientis. Infantes autem privantur uſu rationis, nec conſequenter actum liberum exercere poſſunt. Ergo nec iſta duo Sacramenta recipere.

Sciendum. 3°. Adultum non poſſe recipere Sacramenta, niſi habeat debitam intentionem. 1°. Qui non intendit, cenſetur virtualiter contradicere, & conſequenter ponere obicem. 2°. Ad conficiendum baptiſmum requiritur intentio, ergo, & ad recipiendum. Ita omnes D. D. cum D. Thoma 3. part q. 67. art. 7. in c. ubi loquendo de morte peccati, & de vita gratiæ, ſic concludit· *Et ideo ex parte baptiſati requiritur voluntas, ſeu intentio ſuſcipiendi Sacramentum.*

Difficultas igitur eſt quænam intentio ſufficiat, ad recipiendum Sacramentum, & quænam ad conficiendum.

Quantum ad primum reſpondeo. Recipiendum eſſe, vel in ſtatu puerili, vel in ſtatu adulto. Si primum, jam ſatis ſupradictum. Si ſecundum vel eſt in ſtatu ra-

tionis, vel non. Si primum ad recipiendum Sacramentum præter intentionem virtualem, requiritur certa diſpoſitio ad illud ut ſit capax ſaltem principalis effectus, ſcilicet gratiæ quæ communis eſt omnibus Sacramentis, & ideo qui accedit ad recipienda Sacramenta, quæ ex ſe ſunt collativa primæ gratiæ non tenentur eſſe in gratia; quia nullum Sacramentum ſupponit illud pro diſpoſitione ad quod conferendum fuit inſtitutum. Qualia ſunt baptiſmus, & pœnitentia. Recipiens tamen duplicem habere debet diſpoſitionem, unam ex parte intellectus, ſcilicet, fidem, utpotè fundamentum omnis juſtitiæ, ut ait Apoſtolus Hæbr. 11. *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.* Alteram ex parte voluntatis quæ conſiſtit in attritione ſupernaturali, ſive actuali, ſive virtuali de peccato commiſſo. Ratio eſt, non remittitur peccatum, niſi ſit revocata voluntas peccandi, ſed revocatur voluntas peccandi tantum per attritionem ſupernaturalem, ut ſupra: ergo, &c.

Ille vero qui accedit ad recipienda Sacramenta, quæ per ſe ſunt inſtituta ad conferendam ſecundam gratiam, præter diſpoſitiones ſupra dictas debet eſſe neceſſario in gratia, quia ſic accedens ſine

gratia ponit obicem ad ſecundam gratiam, ut patet ex terminis. Niſi ratione bonæ fidei excuſetur. Ideoque gravius peccat qui recipit Sacramentum in peccato, quam qui adminiſtrat in peccato quia qui adminiſtrat in peccato non tollit efficaciam Sacramentorum, nec inanem reddit illorum ſignificationem. Cum Sacramenta habeant ſuum effectum ex opere operato. Sed ècontra qui recipit, ob obicem ab illo cauſatum.

Qui vero recipit Sacramenta extra ſtatum rationis quales ſunt pueri, ebrii, amentes, inſenſati, in tempore. Quid inde?

Reſp. 2°. Pueros non teneri habere intentionem, etiam habitualem, quæ producitur tantum per actualem, nam habitus generantur per actus; infantes ſunt incapaces actus, utpotè carentes uſu rationis, ergo, & habitus. Recipiunt enim Sacramenta in fide Eccleſiæ & parentum quod eſt tamen intelligendum diviſivè.

Reſp. 3°. Amentes, & inſenſatos in tempore teneri habere ſaltem intentionem habitualem, quæ quidem conſiſtit in eo quod ante amentiam petierint Sa-

cramentum ; ita ut qui ſuſcepturus eſt illud, aliquando intenderit recipere, ſaltem implicitè, ut patet ex concilio Cartag. 5. cap. 34. & Arauſicano cap. 12. hinc ſequitur amentem non recipere effectum formalem Sacramenti, poſito quod non habuerit ante amentiam voluntatem recipiendi, quia pro tunc in ipſo non reperitur intentio habitualis, utpote deſtructa per habitum contrarium ita Layman lib. 5. tract. 1. cap. 6. n. 4. N. P. Leander part. 1. Trat. 1. diſp. 5. q. 3. cum D. Thoma citato.

Ex quibus omnibus infertur ad recipienda valide Sacramenta generaliter loquendo ſolam intentionem habitualem ſufficere. Quandonam habitualis non ſufficit, patet ex ſupra dictis.

Quantum ad 2_o. Dico intentionem virtualem ſufficere quia cenſetur moraliter perſeverare in operante, dummodo ſit regulata per intentionem Chriſti Domini, & Eccleſiæ quæ ſola determinat actionem ſacerdotis ad eſſe Sacramentale. Ita omnes D. D. cum D. Thoma part. 3. q. 64. art. 10.

Quæritur : 3_o. An parrochus qui adminiſtrat Sacramentum baptiſmi, mala fide,

teneatur ſe manifeſtare etiam cum periculo vitæ, & famæ. Ad ſolvendam difficultatem.

Sciendum eſt parrochum vel poſſe monere talem, ſic fictè baptiſatum, ſine periculo, vel non? ſi primum? tenetur ſimpliciter. Ita omnes D. D. quia cum æquali damno potior eſt conditio creditoris innocentis. Ita Pilliuc. trat. 32. n. 148. Navarra cap. 17. n. 53. Bonacina de reſtit. diſp. 1. q. ult. punct. 1. n. 19. ex quibus infertur, cum baptiſatus mala fide recipiat notabilius damnum ob periculum damnationis æternæ, quam parrochus ob periculum vitæ corporis, & famæ. Bonum enim animæ, utpote ſuperioris ordinis, eſt ſemper præferendum bonis corporis, & famæ inferioris ordinis reſpectivè ad animam; ergo tenetur ſe manifeſtare cum tali periculo, ſi non habeat remedium ſufficiens ad præcavendum tali, quem mala fide baptiſavit.

§. III.

De obligatione adminiſtrandi pœnitentiam.

QUantum ad pœnitentiam parrochi habent juriſdictionem in foro poli., circa ſubditos ipſis commiſſos, virtute beneficii parrochialis ſine nova ordinarii approbatione; nam proviſus de beneficio parrochiali, & ſtatim cenſetur approbatus. Ita Trid. ſeſſ. 23. cap. 15. de reform. ubi ſic fatur. *Nullum etiam regularem poſſe confeſſiones ſecularium etiam ſacerdotum audire, &c. niſi aut parrochiale beneficium, &c.* Ergo parrochus proviſus de beneficio audire poteſt confeſſiones, ſine nova approbatione: ea de cauſa abſolvere poteſt ſuum ſubditum extra parrochiam & Diœceſim, quia juriſdictio quæ exercetur ſine ſtrepitu, & contentione ubique exerceri poteſt ſed hæc juriſdictio eſt hujuſmodi: ergo &c. inſuper in cap. omnis utriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ. efficitur tantum mentio de quocumque ſacerdote non autem de loco ſeu territorio

in quo ſubditi poſſunt confiteri peccata: ergo &c. quod eſt intelligendum non tantum de parrocho, ſed etiam de quocumque ſacerdote approbato ad confeſſiones audiendas generaliter, & ad abſolvendos ſubditos Diœceſis. Niſi in reſcripto conceſſo ab ordinario, talis juriſdictio ad Diœceſim tantum terminetur: pro tunc extra non poſſet. Ita Filliuc. tract. 7. cap. 7. n. 189. Bonac. de Sacram. diſp. 5. q. 7. punct. 2. n. 10. N. P. Leander part. 1. trat. 5. diſp. 11. q. 14.

Clemens tamen X. per ſuum decretum expreſſè prohibuit ne ſacerdotes audiant confeſſiones extra Diœceſim in qua ſunt approbati & maxime regularibus, revocando, & annulando illorum privilegia quantum ad illam partem. Idem dicitur de parrochis.

Potiori jure eſt argumentandum de aliis non ſubditis, circa quos nullam habent juriſdictionem: alioquin ſemel approbatus ſemper, & ubique eſſet approbatus, quod eſt contra trid. citatum, *nullum, &c. aut parrochiale beneficium, aut ab Epiſcopo per examen ſi idoneus inveniatur*. Ergo, ſive intra Diœceſim nullus approbari poteſt niſi reperiatur idoneus ab

ordinario. Talis enim eſt uſus, & praxis Eccleſiæ. Inſuper eſt decretum Urbani VIII. qui revocat omnia privilegia, & licentias audiendi confeſſiones, ſine approbatione ab Epiſcopis Diœceſanis, & aliquo examine facto ab ipſis ita Barboſa de offic. parroch. cap. 19. n. 15. & de poteſt. Epiſcopi part. 2. alleg. 25. n. 39.

Hinc ſequitur parrochum poſſe admittere alium parrochum ejuſdem Diœceſis, ad audiendas confeſſiones in ſua propria parrochia, quia parrochiale beneficium æquiparat approbationi Epiſcopi, ſed approbatus ab Epiſcopo eſt elegibilis à parrocho: ergo &c. Non poteſt tamen admittere ſimplicem ſacerdotem etiam ad audiendas ipſius confeſſiones, quia id repugnat diſpoſitioni trid. citati; quod tamen jure antiquo erat ipſis licitum.

Utrum autem poſſit admittere ſacerdotes approbatos ab aliquo externo Epiſcopo, valde controvertitur inter D. D. ex quibus aliqui dicunt poſſe, quales ſunt Nugnus; Diana & P. Leander. Sed poſito decreto Clementis X. Reſp. negativè quod videtur conformius trid. ſupra citato.

Utrum autem parrochus teneatur audire confeſſiones ſuorum ſubditorum, quoties ipſi voluerint. Reſp. diſting. vel parrochus eſt ſolus, vel habet Vicarios ſubſtitutos ſub ſe. Si primum tenetur quoties confeſſio eſt remedium ad aliquod mortale vitandum aut purgandum. Ideoque numquam poteſt rationabiliter denegare petenti ſine peccato mortali. 1°. Petens utitur jure ſuo. 2°. Eſt ſemper in periculo ratione cujus tenetur in conſcientia ſe liberare à tali. Ergo, cum parrochus teneatur in conſcientia ad audiendam confeſſionem ſui ſubditi petentis, & conſequenter tenetur ad id ex officio. Si ſecundum, non tenetur ſimpliciter quoties providerit de alio apto confeſſario, quia per ſe ipſum facit qui per alium, & ſic nec in die paſchæ, nec in articulo mortis tenetur; niſi alia neceſſitas ſubditi exigat, quod ab ipſo parrocho perſonaliter audiatur. Ita Emmanuel Sa v. parrochus n. 4. toletus lib. 5. in additionibus. Paſſevinus cap. 5. n. 7. & alii Doctores ex hac occaſione.

Quæritur, cum omnes fideles teneantur ad annuam confeſſionem ratione præcepti Eccleſiaſtici. Utrum qui habent tantum peccata venialia, teneantur ſemel

in anno confiteri. D. Bonav. in 4. diſt. 17. part. 2. art. 2. q. 1. Aleſiſis part. 4. q. 18. Memb. 4. art. 2. Richardus diſt. 17. art. 2. q. 4. reſpondent affirmativè. Quia præceptum Eccleſiæ non eſt quod quis confiteatur venialia, ſed quod ſemel in anno confiteatur, ſicut quod recipiat Euchariſtiam, Palaus verò tom. 4. tract. 23. punct. 20. n. 5. Bonac. diſp. 5. q. 5. punct. 4. n. 8. & N. P. Leander tract. 5. diſp. 3. q. 31. cum D. Thoma in 4. diſt. 11. q. art. 1. ad tertium reſpondent negative. 1o. Hoc colligitur clare ex trid. ſeſſ. 14. cap. 5. de confeſſione, *oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia &c. nam venialia quibus à gratia dei non excludimur &c taceri tamen circa culpam, multiſque aliis remediis expiari poſſunt &c. mortalia vero peccata &c. cum aperta, & verecunda confeſſione adeo querere*. 2o. Confeſſio peccati venialis non eſt de jure divino, cum nullibi reperiatur; nec Eccleſiaſtico ut ex trid. ſatis clare patet. Ergo qui ſibi eſt tantum conſcius de peccato veniali non tenetur ſemel in anno confiteri. Inſuper præceptum confitendi eſt de jure divino quantum ad ſubſtantiam, quantum vero ad tempus eſt de jure Eccleſiaſtico ſed jus divinum non obligat niſi ad mortalia;

ergo nec jus canonicum.

Utrum autem talis teneatur ſaltem ſe preſentare parrocho, & illi dicere ſe non habere peccata mortalia. Reſpondeo negative, quia ſi teneretur, ait P. Leander, q. 32. erit adhoc ut parrochus dignoſcat vultum pecudis; nec deſunt alia media quibus dignoſcatur, etiam ſi non detur judicium confeſſionis: ergo cum ratione peccati venialis ceſſet obligatio confitendi, & quoque comparendi niſi ad ſedandum ſcandalum id faciat; Quia pro tunc teneretur comparere, non ratione præcepti Eccleſiaſtici, ſed tantum ſcandali. Imò P.P. dicunt Eccleſiam non poſſe obligare fideles ad confeſſionem venialium, quia nequit inſtituere diſtinctum forum pœnitentiæ à Chriſto Domino inſtitutum; ſed Chriſtus inſtituit quod ſola mortalia neceſſario tali foro ſubjiciantur: ergo Eccleſia non poteſt præcipere, &c. Ita Palaus tom. 4. tract. 23. punct. 20. §. 2. n. 6. Sylveſter 5. confeſſio 1. q. 14. N. P. Leander q. 36. contra multos D. D. contrarium ſuſtinentes.

Hoc unum tamen à parrocho eſt notandum numquam debere publice proclamare annuam confeſſionem obligare tantum ad mortalia, ne parrochiani do-

ctiores evadant pluſquam licitum eſſet ; ſed ſat eſſe , ſi in illius inſtructionibus dicat , omnes Chriſtianos ratione præcepti Eccleſiaſtici teneri ad annuam confeſſionem in quo potiſſimum apparet religio noſtra.

Utrum autem parrochus poſſit obligare ſuos ſubditos ad illam annuam confeſſionem faciendam à ſeipſo & non ab alio approbato. Quia in cap. omnis utriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ. habetur. Peccata eſſe confitenda proprio ſacerdoti , aut alteri de licentia proprii ſacerdotis. Ergo qui confitetur alteri non videtur ſatisfacere annuæ confeſſioni , cum parrochus ſit proprius ſacerdos. Reſp. tamen negat. cum Morpheſio tract. 7. cap. 10. n. 23. Coninch diſp. 8. dub. 9. n. 66. Bonac. diſp. 5. ſeſſ. 2. punct. 4. contra Joannem de Poliaco , & quoſdam alios , quorum opinio damnata fuit tamquam erronea à Clemente VIII. in Bulla data ſub anno 1592. 22. Decembris quia facultas conceſſa ſacerdoti ab ordinario ad confeſſiones cenſetur quaſi relativa. Nam eo ipſo quo eſt conceſſa ſacerdoti , & quoque parrochianis ut poſſint ſua peccata confiteri , nec amplius teneantur proprio parrocho. Nam quamvis confi-

teri peccata ſit de jure divino; attamen confiteri parrocho eſt tantum de jure Eccleſiaſtico, ſed Eccleſia diſpenſat fideles à tali jure, ergo nec amplius tenentur ad parrochum.

Ideo ad difficultatem propoſitam. reſp. proprium ſacerdotem non tantum dici parrochum, ſed etiam Papam in toto orbe, & Epiſcopum in Diœceſi, ea de cauſa aprobando aliquos ſacerdotes ad confeſſionem, ſequitur eum ſatisfacere præcepto qui tali ſacerdoti confitetur. Quia pro tunc talis fidelis cenſetur confiteri de licentia proprii ſacerdotis, & ſic parrochus non poteſt denegare Euchariſtiam illi quem ſcit eſſe confeſſum ab approbato ab ordinario immo ſi aliunde ignorat, & vir fide dignus dicat illi, ſine ſcrupulo fides eſt præſtanda; quo pacto eſt intelligendus textus omnis utriuſque ſexus ſupra citatus, quando loquitur de licentia proprii ſacerdotis.

Sed difficultas eſt parrochus vocitatus à parrochiano moribundo adulto, quem cognoſcit tantum in confeſſione non eſſe baptiſatum, & cui perſuadere non poteſt receptionem baptiſmi; an poſſit denegare Euchariſtiam petenti, etiam ſub ratione viatici, & ratio provenit ex eo quod par-

rochus teneatur ad ſigillum, non tantum eorum quæ ratione confeſſionis audivit ſed etiam quæ modo Sacramentali: ergo non poteſt illi denegare Euchariſtiam niſi infamet illum. Quod confirmatur de interpretibus qui tenentur ad ſigillum quamvis hæc confeſſio ſit tantum figurata, quia obligatio ſigilli non ſolum ſe extendit ad ea de quibus eſt Sacramentalis confeſſio, ſed etiam de quibus eſt figurata confeſſio. Ergo curatus non poteſt denegare Viaticum cum ſit figura Sacramenti, niſi faciat contra ſigillum, quæ quidem omnes illationes deducuntur ex Navarra cap. ſacerdos n. 42. & in Manuali cap. 8. n. 7. Vivaldo de ſigillo n. 2. & P. Leandro tract. 5. de pœnit. diſp. 10. q. 55. & 56.

Attamen ut quid probabilius reſp. parrochum non tantum poſſe, ſed debere denegare Euchariſtiam. Quia in tantum tenetur ad ſigillum Sacramentale, ex eo quod per ſolam confeſſionem ſcitur, ſed hic nulla datur confeſſio: ergo nec ſigillum. Imo nec figurata confeſſione, nec modo Sacramentali ſcitur. Tunc dicitur figurata confeſſio quando eſt in ordine ad abſolutionem recipiendam, quæ habet tantum locum circa illos qui habent ali-

quod

quod jus, quam tamen recipere non poſſunt, ob aliquem deffectum, vel ex parte pœnitentis, vel miniſtri. Talis autem moribundus proprie non dicitur habere deffectum, quia deffectus ſupponit potentiam; ſed nullum ſimpliciter habet jus cum non ſit baptiſatus, nec velit baptiſari ut ſupponitur. Baptiſmus eſt janua Sacramentorum, ſine quo nullus poteſt recipere alia. Ideo pœnitentia dicitur ſecunda poſt naufragium tabula.

Quantum vero ad id quod dicitur de interprete, nec mirum, cum talis confeſſio fiat in ordine ad abſolutionem obtinendam non idem dicendum eſt de confeſſione facta laico, humilitatis cauſa; qui ſolum tenetur ad ſigillum naturale. Ita Bonac. q. 6. ſeſſ. 5. punct. 2. n. 2. Diana part. 5. tract. 11. reſolut. 5. tolet. lib. 3. cap. 16. n. 7. quia per talem revelationem, nulla efficitur injuria Sacramento nec confeſſio redditur odioſa, cum talis dignoſcatur ſimpliciter ut laicus. Sigillum enim eſt Sacramentale ex eo quod inſtitutum ſit à Chriſto Domino; ſed Chriſtus Dominus inſtituit ſolos ſacerdotes ut miniſtros: ergo & illi ſoli tenentur ad ſigillum. Ita etiam Layman lib. 4. tract. 6. cap. 15. n. 19. Filliuc. tract. 7. cap. 11. n. 319.

Aliqui tamen D. D. dicunt laicum in tali caſu teneri ad ſigillum Sacramentale, quando fingit ſe eſſe ſacerdotem in quo omnimode errant. Nam bona fides pœnitentis qui ſua peccata manifeſtat animoſe confitendi & abſolutionem recipiendi, non facit Sacramentum, cum abſolute requiratur miniſter ad id ſpecialiter deſtinatus. Chriſtus enim Dominus ſolis ſacerdotibus dedit poteſtatem ligandi & ſolvendi: ergo &c. talis tamen laicus fictus & ſacerdos tenetur ad ſigillum naturale. In quo omnes Doctores conveniunt.

Ex quibus omnibus infero parrochum non tantum poſſe, ſed & debere denegàre Euchariſtiam in noſtro caſu, & denegando non videtur facere contra ſigillum Sacramentale. Hoc unum tamen eſt notandum à parrocho, ſecretum naturale eſſe obſervandum, propter quod recuſatur Viaticum: alioquin non diſpenſaretur à peccato propter obligationem ſecreti naturalis.

Nec valet quod dicitur talem infamari. Quia infamia provenit ex re circa quam aliquis habet aliquod jus; illè autem non baptiſatus nullum habet jus, etiam reputativum ad Euchariſtiam: er-

go, nulla infamiæ nota opprimi poteſt.

Dixi ſupra parrochum teneri ad ſigillum naturale ob motivum propter quod denegat Viaticum, alioquin non diſpenſaretur à peccato mortali. Niſi talis infirmus vellet pertinaciter recipere illud. Pro tunc ad aures ei dicere debet, ſi à tali inſtantia non deſiſtas, palam te publicabo, & poſtea dicat circunſtantibus, quod ipſe ſcit, quare infirmus recipere non poteſt Viaticum. Parum enim curandum eſt de detractione quæ numquam illicita eſt quando juſta adeſt cauſa, quæ fundatur in bono communi fidelium, in reverentia debita Chriſto Domino, & in fama religionis noſtræ, & ut tollatur ſcandalum quod inter aſſtantes, & ſcientes intervenire poſſet: ſi talis non baptiſatus contumaciter inſtet pro tunc parrochus publice dicere poteſt, imò & debet talem non eſſe baptiſatum, nec pertinaciter baptiſari velle; quo pacto quod antecedenter videbatur detractio, totaliter tollitur per declarationem ſtatus non baptiſati.

Quando igitur D. Th. part. 3. q. 80. art. 6. in c. dicit. *Si non ſunt manifeſti peccatores, ſed occulti, non poteſt eis peten-*

tibus ſacra communio denegari. Sanctus Doctor loquitur expreſſe de baptiſatis qui habent jus vi baptiſmi ad Sacramenta, quare ſi non baptiſatus petat, abſolute repellendus eſt, cum nullum habeat jus ad illa quæ ſine injuria ſalvatoris concedi nequeunt, potius eſt igitur tuendus honor divinus quam fama delinquentis, & ſic, ſi fama non baptiſati patiatur damnum, totum ſibi ipſi, & ſoli imputare debet. Nam ſancta canibus non ſunt danda, nec Margaritæ ante porcos ſunt ponendæ. Mathei 7. ergo &c.

§. IV.

De obligatione adminiſtrandi Euchariſtiam.

CErtum eſt omnes fideles utriuſque ſexus, ſtatim atque ad annos diſcretionis pervenerint, ſingulis annis, ſaltem in paſchate teneri ad ſacram communionem, ſub pœna anathematis ex trid. ſeſſ. 13. Can. 9. ex quo patet annuam communionem eſſe de jure Eccleſiaſtico, in articulo verò mortis, de jure divino.

Ita communiter D. D. quamvis, aliqui ſint qui dicere velint, talem obligationem in articulo mortis, eſſe tantum de jure Eccleſiaſtico, & ſic obligare tantum ſub veniali. Quod igitur receptio ſit de jure Divino, patet ex verbis Chriſti Joan. 6. *niſi manducaveritis.* Hinc ſequitur obligare ſub mortali. Ita D. Th. 3. part. q. 80. art. qui ſic fatur. *Et ideo manifeſtum eſt quod homo tenetur hoc Sacramentum ſumere non ſolum ex ſtatuto Eccleſiæ ſed ex mandato Domini dicentis Lucæ 22. hoc facite in meam commemorationem.* Ex ſtatuto Eccleſiæ determinata ſunt tempora exequendi Chriſti præceptum. Ita etiam Machado tom. 1. lib. 2. part. 4. tract. 7. docum. 1. & 2. de Caſtillo tract. 4. diſp. 10. dub. 1. n. 4. & N. P. Leander. tract. 7. diſp. 2. de Euchariſtia q. 1.

Hinc ſequitur parrochum teneri per ſe vel per alium adminiſtrare Euchariſtiam. 1°. Tempore paſchatis ratione præcepti Eccleſiaſtici. 2°. In articulo mortis ob præceptum divinum. 3°. Etiam aliquando per annum quando neceſſitas id exigit: quia inſtitutio Sacramentorum eſt ad corroborandas vires animæ, ſed inter Sacramenta nullum eſt, quod magis corroboret, quam iſtud, cum in eo repe-

riatur Chriſtus Dominus, utpote Sacramentorum legiſlator: ergo &c.

An idem dicendum ſit de Epiſcopis, abbatibus, generalibus, Provincialibus, & Prælatis localibus domorum regularium cum ex trid. ſatis clare hoc non convincatur, nec appareat ſacræ Congregationis Concilii aliquod decretum ad id obligans, nec mea propria ſponte, ſupra id audeo aliquid ſtatuere. Tridentinum tamen, ordinat, habentes curam animarum præcepto divino teneri paſcere oves ſubditas, adminiſtratione Sacramentorum maxime Euchariſtiæ. Ideo plures parrochi ut ſuæ huic obligationi prorſus ſatisfaciant, per ſe ipſos in paſchate Sacramentum Euchariſtiæ parrochianis diſpenſare volunt, quod permultum eſt laude dignum. Idem dicitur de prælatis religioſorum qui tamen ſi juſto motivo ſint impediti per alios religioſos ab ipſis deputatos communicant proprios ſubditos, per ſe ipſum facit qui per alium, ex regula juris in 6o. quo pacto illorum legibus, & conſtitutionibus, & animarum ſaluti provident, ſicut, & obligationes paſtoris, & Prælati adimplent.

Hoc unum notandum obligationem communicandi aliquando in vita de jure

divino, ſufficienter adimpleri per paſchalem communionem; quia Chriſtus Dominus determinavit quidem quantum ad ſubſtantiam, ſed Eccleſia quantum ad tempus, ut colligitur ex capite omnis utriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ. ideo prudentis parrochi judicio relinquitur totum ad examinandam cauſam: quando talis neceſſitas ſubditi talem receptionem exigit. Quod ſi ſine rationabili cauſa recuſet peccabit, quia ratione officii impoſitum eſt illi onus ad paſcendas oves ſuas quod maxime fit verbo, & Sacramento. Nam ut ait N. P. Leander de parrocho diſp. 9. q. 2. ex trid. nec par eſt ut parvuli petant panem nec ſit qui frangat eis. Hierem. 4.

Utrum autem parrochus adminiſtrans in peccato mortali peccet mortaliter. Diana part. 1. tract. 7. de circunſt. reſol. 71. lugo de Sacram. diſp. 18. n. 17. hurtado de Euchariſtia difficul. 8. reſpondent peccare tantum venialiter. Quia miniſtrans Euchariſtiam non conficit Sacramentum, ſed ſolum jam factum confert: ergo &c. Navarra cap. 27. n. 244. Filliuc. tract. 4. cap. 9. n. 271. & Bonac. diſp. 4. q. 5. punct. 2. n. 5. reſpondent ut quid probabilius peccare mortalit

quia qui eſt miniſter deputatus, & ſpecialiter conſecratus ad munus aliquod faciendum, peccat quando indigne facit, ob ſolam reverentiam debitam tali miniſterio, ſed parrochus eſt hujuſmodi: ergo &c. ideo antequam parrochus adminiſtret Euchariſtiam ſi habet conſcientiam peccati mortalis, debet ſe preparare ad gratiam per confeſſionem, vel ſaltem per contritionem ut digne adminiſtrare poſſit.

Ergo ſi caſu Euchariſtia cadat in terram, qui erit in mortali non poterit tangere illam. D. Th. in quartum diſt. 13. q. 1. art. 2. reſp. negative, & dat diſparitatem, aliud eſt loqui de contactu ſimpliciter phyſico, & aliud de contactu phyſico, ſimul, & miniſteriali. Primum fieri poteſt ab omnibus ſine peccato, modo ut ſit cum debita reverentia. Secundum vero à ſolis ſacerdotibus quia ad id ſpecialiter ſunt conſecrati.

Hic ſequitur: 1o. Parrochum teneri ſcire, quinam ſunt capaces ad tale Sacramentum recipiendum, quia onus illius eſt paſcere oves ſuas; ea de cauſa ſcire debet quod fidelis ad annum diſcretionis tenetur vi præcepti recipere Euchariſtiam. 2o. Perpetuo amentibus à nativitate non ſunt

ſunt nutriendi tali pane cæleſti, etiam in articulo mortis, quia in talibus nullum datur motivum. Sicut; & in parvulis ante uſum rationis ut habetur in Trid. ſeſſ. 21. cap. 4. *Sancta ſinodus docet parvulos uſu rationis carentes, nulla obligari neceſſitate ad Sacramentalem Euchariſtiæ communionem*: 3. Non tantum poteſt ſed debet dare amentibus, qui aliquando habuerunt uſum rationis, modo ut non ſit periculum vomitus, ſpumationis, vel irreverentiæ: 4°. Semifatui ſunt cibandi illo pane cœleſti, non tantum in articulo mortis, ſed etiam in paſchate, ſicut & in Jubileo. Ita habetur expreſſum in 4°. Conc. Cartag. 5°. Idem dicitur de energumenis, ſeu demoniacis modo ut non ſit periculum irreverentiæ. Ita D. Th. part. 3. q. 8. art. 9. in c. qui hoc infert ex canon. Is qui pœnitentiam cauſæ 26. q. 6. ita etiam D. Antoninus tom. 3. tit. 14. cap. 12. §. 5. & N. Leander diſp. 9. q. 24. 25. & 26.

Sequitur: 2. Parrochum non poſſe dare Euchariſtiam peccatoribus publicis, publice petentibus. Ita eſt expreſſum in jure canonico can. pro dilectione. Ita etiam omnes DD. qui dicunt, ſive publice, ſive privatim petant Euchariſtiam

eſſe denegandam, etiam in articulo mortis, niſi aliunde detur publica notitia converſionis illorum; Suarez tamen diſp. 77. ſeſſ. 2. Barboſa de officio parrochi cap. 20. n. 20. & P. Leander part. 2. tract. 7. diſp. 7. q. 55. dicunt ſi peccator publicus ſit in articulo mortis ſatis erit pro temporis opportunitate, ſi confiteatur & det ſigna confeſſionis: quia ob periculum, & urgentem neceſſitatem, nunquam major diligentia eſt exhibenda, quam commode exhiberi poteſt; nam ſemper præſumendum eſt in tali articulo, unum quemque facere quod poteſt ut ſe bene diſponat.

Hoc unum ſciendum, peccatorem dici publicum quia ut talis eſt manifeſtus, vel per ſententiam judicis, vel per confeſſionem ipſius in judicio, vel per evidentiam rei, quæ nulla tergiverſatione occultari poteſt.

Quod ſi peccator ſit occultus, & petat publice parrochus non poteſt ei denegare? quia præceptum non infamandi magis urget, quam non adminiſtrandi Euchariſtiam indigno. Ita omnes DD. qui colligunt id ex can. ſi tantum cauſæ 6. q. 2. quod ſi occulte petat, eſt ipſi deneganda ſimpliciter: nam in tantum par-

rochus tenetur adminiſtrare, quia petens habet jus ad illam ſed peccator ut talis, nullum habet jus: ergo &c. Cum hoc tantum pertincat ad illum qui eſt in gratia. Ea de cauſa Euchariſtia dicitur Sacramentum vivorum.

Utrum autem parrochus poſſit denegare Euchariſtiam pœnitenti, ob peccatum non abſolutum, & per confeſſionem tantum cognitum. Suarez de Euchariſ. q. 80. art. 5. diſp. 67. ſeſſ. 3. & tom. 3. diſp. 33. ſect. 6. n. 4. Henriquez lib. 3. de pœnit. cap. 23. n. 3. & N. Leander part. 1. tract. 3. diſp. 10. q. 71. reſpondent quod publice non poteſt quamvis occulte poſſit, non tamen tenetur denegare. (poteſt dicunt iſti DD.) ſi id faciat abſque periculo detectionis confeſſionis: quia confeſſarius ex vi præcepti ſigilli ſolum tenetur ad tegenda ea quæ audivit in confeſſione, ſed quod deneget Euchariſtiam in caſu noſtro non detegit peccata ipſius, imo pœnitenti operatur aliquid utiliſſimum; ergo denegare poteſt. Filliuc tamen tract. 4. cap. 9. n. 279. Bonac diſp. 5. q. 6. punct. 4. n. 17. Sanchez lib. 3. de matrim. diſp. 16. n. 14. reſpondent quod nec etiam occulte Euchariſtiam denegare poteſt ob peccata

in confeſſione cognita: quia numquam licet uti extra confeſſionem, rebus in ipſa cognitis etiam virtualiter, ſed ſi parrochus denegaret Euchariſtiam propter &c. uteretur ſaltem virtualiter confeſſione ex qua ſequeretur pudor & confuſio pœnitentis, ſic quæ confeſſio redderetur odioſa, ergo &c. Nam extra confeſſionem ita ſe gerere debet ac ſi nihil in his rebus ſciret, ut ſigillum fideliter obſervetur. Quæquidem ſecunda opinio videtur tutior utpote magis conformis rationi, & principiis religionis noſtræ; ne parrochus videatur proditor & revelator confeſſionis unde Raymundus ait.

Si quem ſecretum tu cognoſcas maledictum.
His que palam Domini corpus quærit, dabis illi,
Sic corpus judæ Chriſtus porrexit aperte.

Poſt quam igitur Chriſtus ita egit, eum poſſumus imitari. *Quia omnis Chriſti actio, noſtra eſt inſtructio ait divus aug.*

Utrum autem tempore peſtis, parrochus teneatur adminiſtrare Euchariſtiam ſuis ſubditis cum periculo vitæ, paſſe-

vi cap. 8. q. 3. n. 55. & 56. Mayol. in quartum diſt. 7. q. ult. Morpheſius tom. 1. tract. 4. n. 32. reſpondent negative; niſi tantum in caſu quo dubitatur de ſalute ſpirituali proximi. Sed P. Leander. 2. part. tract. 7. diſp. 4. q. 20. & 21. Diana part. 10. tract. 16. reſol. 80. & Gavant. in Enchiridio epiſc. v. peſtis & Barboſa de offic. parrochi cap. 20. n. 47. reſpondent ut probabilius affirmative, quia tale Sacramentum eſt de neceſſitate præcepti divini in art. mortis, parrochus etiam eodem jure tenetur ad talem adminiſtrationem; Chriſtus enim ait, *bonus paſtor dat animam ſuam pro ovibus Joan.* 10. Nec valet quod dicitur. Quiſquis debet conſervare propriam vitam, nec conſequenter ad tale periculum ſe exponere tenetur. Verum & ultra fateor, ſi aliunde non ſe obligaverit ſponte. Digna ergo ſententia Eminentiſſimi Cardinalis Grymaldi Archiepiſcopi Aquenſis, *qui edit ficos, edat & groſſos.* circa parrochos quoſdam ſuæ Diœceſis qui ob peſtem naſcentem gregem de jure divino ipſis commiſſam præ manibus luporum ſine cuſtode deſerere audebant ad conſervandum illorum propriam vitam tempore peſtis. Noſter P. Leander ait licitum eſſe uti

mediis ſequentibus in tali adminiſtratione (modo ut non ſit ratio ſcandali circa adſtantes , nec ſequatur infamia religionis) poteſt igitur miniſtrare cum patena , ut inde infirmus proprio ore accipiat , vel cum cocleari argenteo , vel alio apto inſtrumento , vel ſi acceſſus ad infirmum ſit pericvloſus poteſt poni hoſtia in loco decenti ut inde infirmus humiliter ore , aut manibus accipiat.

Utrum parrochus poſſit dare ſanguinem infirmo qui panem deglutire non poteſt ſed tantum vinum , Suarez diſp. 71. ſect. 3. Fagundes præcep. 3. lib. 4. c. 1. n. 10. Sylvius in 2. part. q. 80. art. 2. reſpondent negative quia caſus vix poteſt contingere , ita ut cum aqua aut vino, modicam partem Hoſtiæ infirmus non poſſit trajicere , ſed iſti authores non ſolvunt difficultatem cum non probent quod ſupponitur ideo Henriquez lib. 8. cap. 44. n. 2. Ochagavia tract. 2. de Euchariſt. cap. 18. n. 9. & noſter P. Leander de parrocho tract. 7. diſp. 9. q. 32. reſpondent licite poſſe fieri ; in tantum non eſt licitum communicari ſub ſpecie vini quia jure Eccleſiaſtico eſt prohibitum & eodem jure Eccleſiaſtico non poteſt miniſtrari ſanguis in articulo mortis ergo

qui non poteſt deglutire panem diſpenſatur à Viatico ſed jure divino quiſquis tenetur illud recipere : ergo qui non poteſt panem recipere & poteſt vinum, jus enim divinum eſt præferendum Eccleſiaſtico prohibente communionem ſub ſpecie vini attamen noſter P. Leander addit quod caſus vix poteſt contingere ſed poſito quod eveniat addibendus eſt ſemper concenſus Epiſcopi, ne parrochus contra modum uſitatum Eccleſiæ operetur.

Hoc unum debent annotare parrochi, quod numquam ſanctiſſimum Sacramentum ad ægrotum adorandi cauſa deffe-rant, poſito quod ob tuſſim, vel vomitum ſumere non poſſint, quia præceptum divinum non eſt de adoratione preſentiali, ideoque talis abuſus eſt pœnitus tollendus ſic enim declaravit B. Pius V.

Utrum præcepto annuæ communionis quis ſatisfaciat per ſacrilegam Chriſti Domini manducationem hæc eſt propoſitio 54. damnata, ab Inn XI.

Dictum fuit ſupra parrochos teneri ex officio adminiſtrare Sacramentum Euchariſtiæ fidelibus tempore paſchali & modo quæritur an Epiſcopus prohibere poſſit

regularibus ne miniſtrent Euchariſtiam fidelibus, in die paſchatis. Reſpondeo in illa die nullum poſſe ſumere in Eccleſia regularium de manibus ipſorum ſine expreſſa licentia parrochi aut ejuſdem majoris ſuperioris, etiamſi ſatisfecerit præcepto in diebus antecedentibus, aut in aliis ſubſequentibus ſatisfacere intendat; quia regulares etiam animo devotionis nullo modo adminiſtrare poſſunt nam in eorum privilegiis ſemper clauſula ponitur, *excepto die reſurrectionis dominicæ niſi adſit parrochi, vel Epiſcopi conſenſus.* In quo omnes D. D. conveniunt cum numquam liceat retrocedere à proprietate verborum & quod dicitur a Delugo diſp. 18. n. 50. ſuſtineri non poteſt in dubio præſumi poſſe ac debere animum ſatisfaciendi in ſua parrochia cum decretum ſacræ Congregationis ſubſcriptum ab Innoc. X. expreſſe id prohibeat, imò & ordinat epiſcopis quod regularibus pro die paſchatis omnimode vetant. Ita Sylveſter. v. excommun. 7. n. 31. Navarra in Manuali cap. 21. n. 52. Tolet. lib. 6. cap. 17. n. 1. & alibi.

An ſaltem advenis & peregrinis dari poſſit euchariſtia & recipientes ſatisfaciant præcepto eccleſiaſtico; & an idem

dicendum ſit de familiaribus regularium. Unum ſupponendum ex communi DD. conſenſu, regulares non poſſe omnibus ad ipſos confluentes adminiſtrare hoc venerabile Sacramentum pro die paſchatis quod colligitur ex Clementina religioſi de privilegiis, ita D. Antonin. in cap. 1. De ſepulturis n. 8. Sylveſt. v. confeſſio. 1. q. 4. victoria de confeſſione n. 15. & alii quam plurimi exiſtimantes advenas & peregrinos teneri confluere ad Eccleſiam matricem ut recipiant Sacramentum in die paſchatis. Paſſevinus tom. 2. de ſtatibus art. 1. n. 99. ſic loquitur, non poſſunt igitur regulares in paſchate præbere communionem peregrinis & advenis extra propriam parrochiam niſi de licencia parrochi in cujus parrochia de preſenti habitant, aut parrochi Cathedralis, aut alterius eccleſiæ juxta morem & leges patriæ.

Regulares tamen ſuos familiares qui in eorum Monaſteriis ſunt commenſales communicare poſſunt ad ſatisfaciendum præcepto eccleſiaſtico tempore paſchatis ob privilegium conceſſum à quatuor ſummis Pontificibus & clare infertur ex Clementina citata ubi ſic habetur, *ſane religioſis illis quibus eſt ab apoſtolica ſede con-*

ceſſum, ut familiaribus ſuis domeſticis, aut pauperibus in hoſpitalibus ſuis degentibus, Sacramenta poſſit Eccleſiaſtica miniſtrare; nullum ex præmiſſis volumus quod ad hoc prejudicium generetur. Ita Sanchez de matrimonio libro. 3. diſp. 23. .21 .n Bonacina de Sacram.diſp. 4.q.7. n. 10.& Noſter Leander de Euchariſtia tract. 7. diſp. 3. q. 25.

§. V.

De obligatione celebrandi Miſſas.

Quamvis in jure non ſit cautum per ſe, vel per alium in propria parrochia quotidie celebrare debere. Attamen ne detur motivum ſcandali, aut propter devotionem populi quotidie celebrare deberet, aut quod ſaltem celebretur per alium ab ipſo commiſſum. Ita omnes D. D. quod diebus dominicis & feſtivis parrochus teneatur ſaltem per alium, quando ratione neceſſitatis impeditur: patet ex eo quod populus ipſi commiſſus præcepto eccleſiaſtico tenetur

talibus diebus audire miſſam : ergo & ipſe quoque celebrare.

Ea de cauſa ſecluſo ſcandalo non tenetur in die nativitatis domini tres Miſſas celebrare. Quia populus non tenetur tres audire : ergo nec parrochus celebrare. Attamen debet illas tres Miſſas celebrare ne fideles debitis ſuffragiis, & devotione defraudentur ; quia poteſt evenire quod multi illas velint audire, hoc tamen non probat tales de jure teneri ad illas tres celebrandas, cum nullibi ſit expreſſum, ita omnes DD. dempto Henriquez lib. 9. cap. 25. caput autem: conſuluiſti de celebr. miſſarum. eſt tantum permiſſivum non autem obligativum. Unde Innoc. III. epiſcopo vigonenſi ſic reſpondit, *conſuluiſti &c. reſpondeo quod excepto die nativitatis dominicæ niſi cauſa neceſſitatis ſuadeat, ſufficit ſacerdoti ſemel in die unam Miſſam ſolummodo celebrare.*

Utrum autem parrochus teneatur applicare ſacrificium Miſſæ pro ſuis ovibus & quo jure omnes D. D. reſpondent & jure divino & jure eccleſiaſtico quod colligitur ex trid. ſeſſ. 23. cap. 1. de reform. *Cum praecepto divino mandatum ſit omnibus quibus animarum cura commiſſa eſt ; oves*

ſuas cognoſcere pro his ſacrificium offerre, &c. Sed non conveniunt in determinando tempore quo parrochus obligetur ad hoc, Sotus in 4. diſt. 13. q. 2. art. 2. dicit teneri applicare ſacrificium pro populo quotidie, quod ab omnibus improbatur. Bonac. vero de Euchariſtia diſp. 4. q. uult. punct. 7. n. 5. ſingulis dominicis diebus aut ſaltem ſemel in hæbdomada, ſed P. Leander diſp. 9. Filliucius tract. 3. cap. 6. n. 174. parrochus de officio parrochi. cap. 11. n. 10. reſpondent quod ſufficit parrocho ad implendum divinum præceptum jure tridentino intimatum offerre pro populo ſaltem in ſolemnioribus feſtivitatibus niſi conſuetudine aut conſtitutione ſinodali contrarium evincatur.

Ego vero fundatus in decreto ſacræ Congregationis Concilii edito de anno 1681. 10. Maii dico parrochum teneri ſaltem diebus feſtivis in quo ſic habetur *cum præcepto divino, juxta, trid. iis quibus animarum cura commiſſa eſt mandatum ſit pro ovibus ſuis ſacrificium offerre, ſæpe alias ſacra congregatio concilii ſenſuit parrochos teneri pro parrobianis ſacrificium applicare atque ea cum diſtinctione, ut ſi reddisus pingues ſint ſingulis diebus ſi vero*

tenues diebus ſaltem-feſtivis idem nunc cenſet. Hinc patet ſacram congregationem ponere, ut fundamentum prædictæ obligationis parrocho, præceptum offerendi ſacrificium pro ovibus ſuis, factum adeo & ſufficienter declaratum à trid. ſupra citato; ea de cauſa in talibus diebus non poteſt recipere ſtipendium quia ratione beneficii tenetur aplicare ſacrificium pro populo. Hinc fit quod ratione magnæ neceſſitatis. v. 9. ad dandum Viaticum infirmo, ſicut & nec ipſe aut populus careat Miſſa, abſque miniſtro celebrare poteſt ita D. D. citandi.

Qui tamen limitant hoc ratione magnæ neceſſitatis ut dictum eſt, quia numquam licet Miſſam celebrare ſine miniſtro, juxta rubricas miſſalis, & eccleſiæ conſuetudinem, & conſequenter ſacerdos celebrando ſine miniſtro non diſpenſatur à peccato mortali ideoque in gravi neceſſitate qualis eſſet dies feſtivus vel ad viaticum dandum moribundo ſibi ipſi reſpondere poſſet, quando nullus adeſt qui id facere ſciat. Conſulendum tamen eſt (ſacrum facturus) quod neſcientem aliquem doceat præeundo etiam in altari reſponſiones, proferendo cum eodem, & quamvis miniſter male proferat nihil

intereſt. Fœmina vero nullo modo eſt admitenda pro tali miniſterio quia in jure hoc eſt formaliſſime prohibitum cum ex capite primo de cleric. & mulier. habeatur, *nulla fœmina ad altare præſumat accedere aut presbytero miniſtrare.* Monialibus tamen permittitur ex choro & remote reſpondere; numquam tamen ad miniſterium admittuntur immediate. Satius igitur erit pro ſacerdote, ſi ſibi ipſi reſpondendo miniſtret, quam ſi fœminam ad id munus admittat, & recte quidem. Legatur Bonac. de Sacram. Euchar. diſp. 4. q. ult. punct. 9. n. 34. Suarez diſp. 87. ſeſſ. 1. & Filiu. tract. 5. cap. 6. q. 12. recordentur quæſo ſacerdotes Domini quod in tali ac ſancto ſacrificio præ occulis has quatuor primas litteras alphabeti habeant A. B. C. D. ideſt alte, breviter, clare, devote; & ſi cum Gavanto velint addere. E. ſeu exactè, ea de cauſa Leſana tom. 2. v. miſſa. n. 58. notat quod illud breviter deſignat non ultra mediam horam nec minus etiam quam quadrantem cum dimidio, quæ præcipitur in edicto Eminentiſſimi Cardinalis Vicarii juſſu ſanctiſſimi Innoc. XII. edito die 31. Martii 1699.

An parrochiani ut ſatisfaciant præce-

pto teneantur audire Miſſam in parrochia diebus feſtivis pro quo.

Suponendum fundamentaliter dari præceptum de audienda miſſa in diebus feſtivis ut patet ex canone omnes fideles. can. ſacerdos. can. miſſas de conſecratione. Quod quidem præceptum valde conſentaneum eſt juri divino & naturali propter ſanctificationem feſtorum et religionem debitam Deo. Hoc poſito, quamvis aliqui dicant eſſe de jure Divino reſpondeo negative quia eccleſia præcipit tantum auditionem miſſæ & non præſcribit locum ergo quovis in loco miſſa audiatur præceptum adimpletur. Quod ſi quis nollet audire miſſam in parrochia in contemptum, vel intereſſe eccleſiæ parrochiali ne diſcat ea quæ ſcire tenetur talis peccaret mortaliter non ratione præcepti de audienda miſſa in parrochia, ſed tantum ratione contemptus, vel periculi in quo ſe exponeret non obſervandi ea quæ ſcire tenetur. Ita D. Antonin. ſecundæ part. tit. 9. & 10. §. 1. N. P. Leander 3. part. tract. 2. diſp. 4. q. 20. qui citat pro ſe viginti & unum authores contra quoſdam D. D. qui limitant propoſitionem in majoribus anni feſtivitatibus.

Attamen inter D. D. nullus eſt qui dicat ſimpliciter parrochianum non ſatisfacere præcepto, ſi audiat miſſam extra parrochiam ſcilicet in aliis Eccleſiis publicis aut religioſorum Bonac. tamen notat, tom. 1. diſp. 4. queſt. ult. punct. 12. n. 4. quod in oratoriis propriis & privatis ſoli privilegiati & illorum familiares ſatisfaciunt præcepto quia extat decretum ſacræ Congregationis propter hoc emanatum.

§. VI.

De obligatione parrochi circa Sacramentum Matrimonij

PArrochus antequam faciat denuntiationes, debet ſcire: 1. An ſciant doctrinam Chriſtianam, vel ſaltem orationem dominicam, angelicam, ſimbolum apoſtolorum & præcepta decalogi: 2. Si ſint filii familias, & habeant conſenſum parentum, & ætatem requiſitam ſufficienter ad ineundum matrimonium, ſcilicet ſponſus 14. & ſponſa 12. annorum: 3. ſi extranei ſint non poteſt denunciare niſi cognita conditione in ſcriptis

pris probata de libero ſtatu, & non impedimento canonico. 4 an eo anno confeſſi fuerint & Communionem paſchalem receperint quod ſi hæc omnia non conſtent parrocho in debita forma, nec pro talibus debet facere denũciationes imò nec poteſt, nam intantum parrochus tenetur ex officio denontiare quia ſubjectum exigit, & eſt diſpoſitum ad illud ſed ſine enumeratis non eſt: ergo &c. ita barboſa de offic. paroch. cap. 21 a. n. 1. uſque ad 7. eſt N. P. ſcander de paroch. diſp. 9. q. 41.

Hoc unum notandum parrochum non poſſe aſſiſtere matrimonio omiſſis denuntiationibus ſine peccato mortali etiam ſi nulla lata ſit excommunicatio, ita concilia lateran. & trid. maxime cum ſit in materia valde gravi, & tale onus ſtatuatur ad vitanda multa damna ita filliuc, trac. 10. n. 173. Nebellus lib. 2. q. 7 n. 10. & N. P. Leander de matrim. trac. 9. diſp. 7. q. 46. contra ſotum in 4. diſt. 28. art. 2. ad 1. qui dicit facta ſufficienti diligentia ad inquirenda impedimenta; & non inveniuntur, eſſet tantum veniale, modo ut non ſit lata excommunicatio ſinodalis quod tamen eſſet contrarium concilijs citatis, nam trid. ſeſſ. 24. cap. 1. de reformat.

H

matrimonij ait, *idcirco ſacro lateran. concilio ſub Inſn. III. celebrato veſtigiis inhærendo præcipit ut in poſterum antequam matrimonium contrahatur à proprio contrahentium parrocho tribus continuis diebus feſtivis inter miſſarum ſolemnia publice denuncietur* ergo facta quacumque diligentia particulari, parochus omitendo denuntiationes facit contra præceptum affirmativum conſiliorum & ſic peccat mortaliter.

Omiſſis tamen denuntiationibus non irritatur matrimonium quia non ſunt de ſubſtantia illius: talis enim eſt praxis eccleſiæ; nam trid. irritat tantum matrimonium ob deffectum parochi & teſtium.

Licet enim Jure antiquo fuiſſet prohibitum, ne nuptiæ ſolemniter fierent à ſeptuageſima uſque ad octavam paſchæ, & ab aduentu uſque ad epiphaniam & à tribus diebus ante aſſenſionem uſque ad octavam pentecoſtes. attamen jure novo trid. citat. cap. 10. prohibetur tantum ab aduentu uſque ad Epiphaniam, & à die cinerum uſque ad octavam reſurrectionis incluſive. dixi ſolemniter nam matrimonium in his temporibus ſine tali ſolemnitate non eſt prohibitum, etiam ſub veniali, ut uolunt quidam DD. & Patet ex eodem trid

quod prohibet ſolas ſolemnitates in illis temporibus. imo cenſetur permittere cum dicat *in alijs uero temporibus nuptias ſolemniter celebrare permittit quas epiſcopus &c.* ergo tempore adventus & quadrageſimæ poſſunt fieri nuptiæ. Caveant tamen ſibi ipſi parrochi, ne hoc faciant ſine licentia ſui ſuperioris.

Ad quem autem pertineat talis diſpenſatio, ſervandus eſt mos, & uſus cujuſcumque diœceſis. N. P. Leander q. 79. tamen notat epiſcopum non poſſe diſpenſare de lege ordinaria ob prohibitionem Clementis III. tit. de ferijs? attamen conſuetudine interductum eſt, quod epiſcopus diſpenſet in impedimentis non dirimentibus, dempto voto caſtitatis, & religionis, ita navarra cap. 2. n. 85. ſanchez. lib. 2. diſp. 40. filius. trac. 10. n. 303.

Vtrum autem parrochus aſſiſtens matrimonio debeat eſſe ſacerdos navarra lib. 1. concil. de officio ordinandi concil. 1. Zerola 2. part. praxis. 11. parrochus verſu. 3. Reſp. affirmativè. quia parrochus dicit illa verba ego vos conjungo &c. nomine eccleſiæ, ſed quod efficitur nomine Eccleſiæ ad ſolos ſacerdotes pertinet: ergo debet eſſe ſacerdos? ſed Paulus. diſp. 2.

punct. 13. §. 10. n. 2. ſanchez lib. 3. diſp. 20. n. 3. N. P. leander q. 22. Reſp. neg. quia concilium tantum exigit aſſiſtentiam parrochi; ſed quamvis non ſit ſacerdos eſt tamen parrochus: ergo &c. ita declaratum fuit a cong. Concilij ſub die 10. decembris 1593. *Congreg. Concilij cenſuit „ matrimonium contractum coram parrocho non „ ſacerdote, valere.* Unde ad argumentum contrarium; reſpondetur, quando parrochus dicit, vos conjungo, facit nomine Eccleſiæ. diſt. per modum juriſdictionis „ nego, per modum benedictionis, & ceremoniæ, concedo, ſeu ut alij volunt „ ad validandum contractum, ſed iſta pertinent ad Sacerdotem, nego, cum Eccleſia poſſit quemcumque baptiſatum ad talem effectum deputare: ille tamen qui intereſt de licentia parochi debet eſſe ſacerdos quia trid. citatum de reform. dicit *qui aliter quam preſente parrocho vel alio ſacerdote.*

Ea de Cauſa D. D. communiter dicunt matrimonium factum, coram parrocho habente titulum coloratum a legitimo ſuperiore, eſſe ratum, & validum, quamvis illius titulus ſit nullus, quia Eccleſia in hoc caſu, ob bonum & utilitatem publicam confert authoritatem huic colorato

ad validè exercendum officium parrochi. Imo Baſilius lib. 5. cap 20. a n. 2. uſque ad 9. & N. Leander q. 30, dicunt & ſi titulus nullus. id eſt à nullo legitimo ſuperiore Collatus, modo ut a communi opinione parrochianorum talis habeatur. nec valet quod dicitur a Suare lib. 3. diſp. 22. n. 49. non ſatis eſſe communem errorem. ut geſta valeant ſed præterea requiritur titulus coloratus a legitimo ſuperiore ob rationem ſupra dictam ? nam hoc habet tantum locum in illis contractibus, ob quos infertur damnum tertio, & in quibus non eſt jus ad contrahendum, quod non videtur in noſtro Caſu.

Utrum autem parrochus teneatur exigere Conſenſum, ab utraque partium antequam conjungat illas per verba determinata à Concilio. omnes D. D. concludunt teneri ſub peccato, aliqui tamen ſub veniali. alii vero ſub mortali. ſed Baſilius lib. 5. cap. 21. n. 3 Trullenc lib. 7. cap. 6. Dub. 5. & N. P. Leander q. 33. reſpondent teneri ſub mortali, ut verificentur illa verba ego vos conjungo &c. nam in tantum dicit illa, quia eſt verus teſtis, ſed non eſt teſtis, niſi quatenus Contractus manifeſtatur illi ? contractus autem non manifeſtatur, niſi

per conſenſum: ergo non petendo ab ipſis mortaliter peccat: niſi partes Contrahentes ex ſe ipſis conſenſſum explicent. quid enim opus eſt, ait N. Leander ſi id quod interrogatione cognoſcendum erat, partes ipſi parrocho plane oſtendant & ideo non ſolum, parrochus, preſentia phyſica, ſed etiam morali, ſeu humana debet intereſſe matrimonio, ut poſſit reddere Eccleſiam certam de illo, & teſtificari quando opus erit. Idem dicitur de teſtibus, qui ſimul tempore cùm parrocho phyſice, & moraliter ſunt preſentes, ut ſic certificent conſenſſum contrahentium. ita omnes D. D. qui hoc inferunt ex trid. citato.

Sed ſi mulier cujus matrimonium eſt invalidum, credens tamen invincibiliter eſſe validum, quæ non vult reddere debitum poteſt ne in tribunali Confeſſionis dicere abſolute, & directe tali pænitenti mulieri quod redat. Sanchez lib. 2. de matrimonio diſp. 38. n. 8. & N. Leander de pænit. trac. 5 diſp 11. q. 128. reſpondent affirmative quia in eo ſtatu, & cum tali bona fide, tenetur reddere ſub peccato, ergo & parrochus tenetur dicere quod reddat. totus vero in 4. diſt. 18. q. 1. art. 4. ad 2. & Bonac. de impedim. matri. q. qu. 3. punct. ult. n. 6. reſp. non poſſe directe dicere,

& abſolute mulieri pænitenti, quod debitum reddat; quia pro tunc parrochus mentiretur, cum vellet illam obligare ad reddendum id quod non debet, niſi ſit vera uxor. inſuper numquam poteſt obligare illam ad copulam niſi & obliget ad id quod eſt intricece malum, quod numquam licet, ſicque poteſt tantum his, & ſimilibus modis loquendi: ut his verbis, in nullo caſu deus eſt offendendus, conjuges tenentur reddere debitum? quod tamen eſt ſemper dicendum in genere, non autem in individuo; quæquidem opinio mihi magis arridet idem eſt obſervandum a quocumque Confeſſario quando pænitens eſt in bona fide.

Et ut res clarius enodetur? datur exemplum de quadam fæmina quæ a decem menſibus non eſt Confeſſa & à ſex menſibus nupta, & antequam nuberetur, peccavit carneliter cum fratre ſponſi, & cum tali coitu contraxerat impedimentum dirimens in primo gradu, cum proprio ſponſo Contrahendo matrimonium bona fide, ita, ut ſi ſciviſſet tale impedimentum fuiſſe cauſatum nullo modo contraxiſſet cum potius fuiſſet parata mori quam fædari, commitendo Sacrilegium, & Sacramen-

tum reddendo omnino irritum.

Reſp. igitur in tali caſu, quamvis bona fides excuſet illam a Sacrilegio, & à peccato, non validat tamen Sacramentum, protunc tenetur reccurrere ad Sacram pænitentiariam, revalidandi cauſa matrimonium pro foro interno, cum habeat auctoritatem pontificiam diſpenſandi in omnibus impedimentis procedentibus à bona fide modo ut, ſint occulta & in foro contentioſo non ſint deducta? dico in ſolo foro interno maxime cum talis matrimonij cōtractus in faciæ Eccleſiæ fuerit factitatus ideo donec talem diſpenſationem habuerint, omnis prorſus copula, ſive activa ſive paſſiva inter tales ſponſos bona fide eſt ſemper prohibita ut pote fornicaria & nullo modo eximere poteſt illos à peccato mortali, ſique dato quocumque motivo, mori debet potius quam committere Sacrilegium, & meliori modo quo poterit talis fæmina ſe a quocumque actu Conjugali extrahere debet, donec diſpenſatio ut ſupra ad manum illius pervenerit, qua obtenta antequam ad actum conjugalem accedat, conſenſum renovare debet cum ſponſo, nec opus eſt quod coràm parrocho, & teſtibus, id efficiatur, quia

totum

totum eſt occultum, in faciæ Eccleſiæ matrimonium remanet pluſquam ſufficienter probatum, nec etiam impedimentum ſponſo declarare debet quia propriæ famæ conſulere tenetur ea de re poterit petere à ſponſo, an amet illam effectu maritali, reſpondendo affirmative, pro tunc ex utraque parte conſenſſus eſt renovatus; ita campionus in inſtructione confeſſariorum part. 2. 68. n. 19.

Quæritur inſuper an parrochus qui cognoſcit impedimentum quod probare non poteſt, teneatur declarare pæniteati quatenus eſt in bona fide. Pro quo intelligendo ſciendum eſt parrochum hoc ſcire vel à ſe ipſo, vel à pœnitente, quatenus pœnitens proponit rem parrocho, vel cum dubio, vel cum ſcrupulo. Hoc ſuppoſito.

Reſpondeo. 1°. ut quid probabilius non teneri, ſed potius debere tacere maximè quando videtur monitionem non profuturam. Quod colligitur ex cap. quia circa de conſang. 2°. præceptum correctionis non obligat quando, non ſperatur fructus 3. nulli debemus laqueum inijcere. 2. cauſæ. 27. q. 1. quod ſi efficeretur monitio laqueus inijceretur cum poſita tali bona fide non detur peccatum, quodque erit

data monitione ita Sanchez lib. 2. de matrim. diſp. 38. n. 8. qui ſuper addit etiam ſi parrochus credat pœnitentem, libenter ſuſcepturum monitionem ſi videat remedium eſſe difficilimum, ut ſi ſit ſcandalum & infamia notabilis in pœnitente, & detrimentum circa pueros natos ex tali matrimonio in bona fide, proveniente ex ignorantia invincibili. Nihil dico de ignorantia vincibili quæ cum numquam excuſet à peccato nec conſequenter parrochum à monitione facienda diſpenſat. Ita etiam delugo diſp. 21. q. 24. & N. P. Leander q. 129.

Reſpondeo 2. ſi ſciat à pœnitente quatenus dubitat probabilius eſt pro tunc teneri etiam ſi prævideat nihil profuturum quia in tali caſu pœnitens non dicitur eſſe in ignorantia invincibili, ſed potius vincibili cum dubitet de matrimonio ratione cujus tenetur conſulere peritum imo ſi parochus non apperiret veritatem, cenſeretur approbare errorem quod numquam licet, maxime cum pœnitens poſſet in ſui favorem interpretari circa id quod eſt intrinſece malum, nempe non impedimentum cum de facto ſit tale. Ita ægid. diſp. 9. dub. 17. Sanchez citatus n, 14. villalobos trac. 9. difficul. 69. n 7.

Reſpondeo 3°. ſi pœnitens interroget parrochum de valore matrimonii non cum dubio, ſed ſcrupulo. hurtado, diſp. 10. diff. 13. & Sanchez citatus. Reſpondent non teneri aperire veritatem poſito quod talis declaratio nihil profutura ſit, quia ſcrupulus non auffert bonam fidem, & ignorantiam invincibilem quæ excuſant pœnitentem à peccato: cum licitum ſit cuicumque agere contra ſcrupulos, imo & debeat: quod non poteſt dicide dubio. Sed N. Leander q. 131. reſp. teneri, quia & ſi pœnitens interroget parrochum ex ſcrupulo, nunquam tamen poteſt affirmare licitum eſſe quod eſt illicitum; quia data reſponſione a parrocho, pro tunc pœnitens prudenter poteſt in favorem ſui aſſumere & ſic ſola authoritate parrochi facere quod antea ex ignorantia invincibili faciebat: ergo pro tunc tenetur veritatem apperire etiam ſi provideat parum profuturam, opinio tamen Hurtado & Sanchez mihi videtur conformior modo ut parrochus videat ſe nihil profuturum, potiſſimum ob periculum ſcandali infamiæ &c. ut dictum fuit in reſponſione 1.

Dixi in principio quæſiti parrochum cognoſcere, vel à ſe ipſo, vel ab alio, &

talis cognitio provenit aut à confeſſione aut extra hoc. poſito.

Quæritur an parrochus poſſit denegare matrimoniũ illi quem ſcit eſſe impeditum aliquo impedimento irritante.

Reſp. 1°. parrochum poſſe denegare, ſi ſciat extra Confeſſionem, quia non poteſt aſſiſtere matrimonio invalido, ne contrahentes permaneant in perpetuo damnationis ſtatu, ut patet *ex cap. cum inhibitio copulæ clandeſt. deſponſat. Ubi ſic habetur. Cum autem aparuerit probabilis conjectura, contra copulam contrahendam contractus interdicatur expreſſe donec quid fieri debeat ſuper eo, manifeſtis conſtuerit documentis.* Et ideo, ſi parrochus ipſe ſolus ſciat eſſe impedimentum tenetur monere Epiſcopum, ne matrimonium contrahatur, nam alij tenentur: ergo potiori jure parrochus, ad quem ex officio pertinet propriarum ovium ſaluti conſulere, maximè cum per ipſius teſtimonium comprobetur impedimentum; nam ex cap. præterea de muliere. Deſponſalibus habetur. *quod dictum unius aſſerentis impedimentum; impedit matrimonium contrahendum.* Ideoque quando agitur de vitando damno, vel injuria alterius, aut peccato, quilibet tenetur denunciare alterum non enim ſic ſe habet

de pœna inferenda, vel cauſando damno juſte aut injuſte, tertio, ubi ex teſtimonio unius nihil probatur, quia teſtis unus teſtis nullus ex utroque jure ita Coninch. diſp. 27. de matrim. dub. 7. n. 66. gutierez de matrim. cap 60. n. 2. Layman tom. 2. lib. 5. trac. 4. cap. 6. n. 1.

Reſpondeo 2. ſi parrochus ſciat ex ſola Confeſſione eſſe impedimentum non poteſt denegare matrimonium, quia non poteſt uti ſcientia habita in Confeſſione, tunc enim redderetur odioſa, & oneroſa, ita enim ſe gerere debet, ac ſi nihil ſciret. Quomodo igitur poterit denegare ſi utatur cognitione recepta in Confeſſione ita ſotus. in 4. diſt. 18. q. 4. art. 6. & omnes D. D. ut dicitur. cum ſigillo in ſacram. pœnit.

Reliqua autem quæ pertinent ad ipſum parrochum reſpective ad matrimonium ſatis evincuntur ex rituali Romano & conſtitutionibus ſinodalibus, quæ potiſſimum a parrocho religioſſiſime in omnibus, & ubique ſunt ſervanda.

§. VII.

De Obligatione Adminiſtrandi Extremam unctionem.

VNum in primis eſt ſcitu neceſſarium quod quamvis quilibet Sacerdos Sacramentum extremæ - unctionis valide adminiſtrare poſſit non tamen licite niſi ſit parrochus,autde licentia illius ſaltem implicita; quia adminiſtratio Sacramentorum eſt proprium paſtoris officium ut patet ex can. illud ſuperfluvm diſt. 14 & ex trid. ſeſſ. 14, cap. 3. de Sacram. extrem. ita omnes D. D. qui concludunt parrochum teneri per ſe aut per alium ſub mortali ad adminiſtrationem illius, quia ex officio, & ex juſtitia tenetur ſuorum ſubditorum ſaluti conſulere.

Ex inde infertur eſſe de fide extremam unctionem eſſe verum Sacramentum ſeſſ. 14. *ſi quis dixerit extremam - unctionem non eſſe verè & propriè Sacramentum a Chriſto.D.N. Inſtitutum, & à beato Jacobo promulgatum, ſed tantum acceptum à patribus,aut figmentum humanum anathema ſit* Quod infertur etiam ex decreto Eug. IV.

in Conſilio Florentino & ex verbis D. Jacobi; *ſi infirmetur quis ex vobis &c.*

Cum Parrochus ex officio teneatur adminiſtrare tale Sacramentum, quæritur an tempore peſtis, teneatur ad id, aliqui. Reſpd. affirm. cum omnia Sacramenta ſint de jure divino juxta qualitatem perſonarum alij vero Reſpd. neg. quia ut tale non eſt Sacramentum neceſſitatis, ochagavia. q. 8. n. 5. N. P. Leander de parrocho diſp. 9. q. 52.

Reſpd. poſito caſu quod infirmus abſque ullo Sacramento moreretur, & timeretur de ejus æterna damnatione, tunc eſſet ipſi abſolute neceſſarium, & parrochus teneretur conſequenter illi adminiſtrare.

Sed poſito quod infirmus adultus nunquam peccaverit actualiter parrochus tenetur ne illi adminiſtrare? nugnus q. 32. art. 2.& 4. ſancius in ſelectis diſp. 27. n. 18. Reſpd. neg. quia verba quæ proferuntur, ſignificant actuale peccatum. Sed D. Bonau in 4. diſt 23. part. 2. art. 1. & d. Antonin.ſupracitatus & Coninch.diſp. 19. dub. 7. n. 13. reſpondent affirm. quod probabilius eſt, quia effectus iſtius Sacramenti, non eſt tantum ut tollat reliquias peccatorum actualium, ſed etiam

juvet infirmum. *Oratio fidei ſalvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus Jacob. 5.* cauſando augmentum gratiæ: ergo Parrochus non poteſt illud denegare niſi privet illum jure ſuo; et ſic faciet contra juſtitiam. Et ad id quod dicitur à nugno, & aliis, verba quæ proferuntur ſignificant actuale peccatum. Reſpondeo cum D. Bonav. & D. Antonin. quod infirmus quamvis non peccaverit, eſt capax iſtius Sacramenti, quia Apoſtolus in eodem cap. dicit *Si in peccatis ſit dimittentur ei*. Ergo Apoſtolus ſupponit hoc Sacram. poſſe conferri cuicumque infirmo, & non opus eſt ut actualiter peccaverit, ſed tantum peccata ſuſcipientis remitti, ſi in peccatis exiſtat.

Sed poteſt ne adminiſtrari infirmo deſtituto ſenſu, & uſu rationis. Ratio difficultatis eſt quod omnia Sacramenta quæ dantur adultis.Cum cōferant primam gratiam, vel augmentum gratiæ; ſupponunt intentionem recipientis, ſed nullus dicitur recipere gratiam virtute Sacramentorum, niſi velit recipere illa, & nullus cenſetur velle qui privatur uſu rationis: ergo &c.ea de re,non tenetur adminiſtrare infirmo.Ita Poſſevin de extrema-unctione; ſed probabilius reſpondet Navarra cap.

22. & cap. 26. n. 24. ægidius diſp. 19. n. 23. & n. Leander trac. 4. diſp. 3. q. 11. non tantum poſſe ſed debere 1o. quia talis eſt praxis Eccleſiæ 2o. ad hoc Sacramentum recipiendum ſufficit intentio ſeu petitio virtualis aut interpretativa quæ conſiſtit in eo quod infirmus petierit, aut petiturus fuiſſet ſi meminiſſet. Quo pacto ſolvitur difficultas Poſſevini ea de cauſa D.D. communiter dicunt Parrochum poſſe dare illi qui dubitatur mortuus, modo ut faciat ſub conditione, quia ut ſic non irrogatur injuria huic Sacramento, & poteſt prodeſſe infirmo ſi vivat. Confirmatur ex eo quod datur abſolutio Sacramentalis illi qui dubitatur mortuus cui major requiritur diſpoſitio. Obſervanda tamen ſunt ea quæ dicta ſunt ſupra cum de Sacram. pœnit. §. 3. modo ut peccatorum ſuorum ſigna doloris dederit antequam loquelam, vel Confeſſarium petierit ſuper quo homines fide digni teſtantur ut colligitur ex can. his qui in infirmitate. Cauſæ 26. q. 6. imò in tali caſu debet ut videtur in rituali Romano de ordine adminiſtrandi Sacram. pœnit. & pro tunc ait Suarez obligatur in tanto, de ſalute ægroti & periculo damnationis, abſolutionem conferre ſaltem ſub conditione, ſi

eſt diſpoſitus, ſub qua etiam ſi dubitaret, an ſigna præcederent ab accerbitate morbi, an vero data eſſent ad exprimendum dolorem de peccatis, quæ conditio vitat irreverentiam Sacramenti, & in tali neceſſitate adhibetur infirmo remedium inſtitutum in remiſſionem peccatorum: ergo potiori jure infirmo pro Extrema-Unctione in eodem ſtatu conſtituto, quæ ſententia magis eſt pia & utilis præfatis moribundis ut communiter doctores dicunt.

Dicet quis non licet ungere pueros carentes uſu rationis: ergo nec infirmos in tali ſtatu conſtitutos. Reſp. negando paritatem quia applicatio iſtius Sacramenti neceſſario requirit quod quis actualiter à receptione baptiſmi potuerit peccare; ſed de infantibus hoc non poteſt dici: ergo non indiget illò. Nam peccatum actuale requirit neceſſario deliberatum actum voluntatis, infirmis vero moribundis per accidens eſt quod priventur uſu rationis, attamen potuerunt peccare & conſequenter ſunt ungendi, ea de cauſa adulti qui perpetuo fuerint amentes non indigent illo, qui non potuerint peccare. Ita D. Thom. q. 2. art. 1. & omnes D. D. contra pauciſſimos.

Quod ſuſpendendis aut decapitandis non ſit danda Extrema-Unctio, non datur alia ratio niſi quia talis non eſt uſus Eccleſiæ à quo numquam licet retrocedere.

Ad conferendum igitur tale Sacramentum, parrochus obſervare debet uſum, & praxim Eccleſiæ. Infirmus debet eſſe 1. munitus Sacramento pœnitentiæ 2. viatici, & antequam illum ungat, debet eumdem quantum erit illi poſſibile ad actum contritionis diſponere quod ſi non ſit tempus ad illa omnia ſacramenta danda eſt opera ut recipiat pœnitentiam, & viaticum, quia in tali occaſione obligant ſupra Extremam-Unctionem, & præ aliis pœnitentia, utpote 2 tabula poſt naufragium, in his qui, ſunt in peccato mortali abſolute neceſſaria ad ſalutem conſequendam ita communiter. D. D.

Quænam autem pœnæ ſunt inflictæ contra Sacerdotes, ſive ſimplices, ſive regulares, adminiſtrantes tale ſacramentum ſine licentia ſaltem implicita parrochi, ex Clementina 1. lib. 5. infertur, religioſos quoquomodo exemptos (niſi habeant privilegium ſpeciale Apoſtolicum) ipſo facto excommunicari, à quo retrocedere non poſſunt, niſi prius ob-

tenta abſolutione à Sede Apoſtolica. Circa vero Sacerdotes ſimplices, nulla eſt in jure pœna expreſſa, graviter tamen ultra peccatum mortale, ab illorum ordinario ſunt puniendi, ideo caveant ſibi ipſis, cum ſine ratione immitant falcem in meſſem alienam.

Quod ſi tamen Parrochus malitioſe tale Sacramentum adminiſtrare nollet, nec per ſe, nec per alium, aut ſi in abſentia illius, non ſit alius Sacerdos ab ipſo commiſſus dum neceſſitas infirmi urget, non ſolum religioſus, poteſt adminiſtrare Extremam-Unctionem, ſed etiam viaticum, ſine periculo cenſuræ; quia non eſt veriſſimile Eccleſiam velle privare infirmum hoc ſacramento, & jure ſuo; ad refrenandam igitur quorumdam parrochorum contumaciam; Sixtus IV. conceſſit tale privilegium ff. minoribus. Relatum à Tambourino. De jure Abbatum tom. 2. diſp. 4. quæſita. 2. ubi ſic habetur. *Ut ſcilicet poſſint adminiſtrare Sacramenta Euchariſtiæ, & Extremæ-Unctionis illis quorum Confeſſiones audierunt, quando rectores ſeu Curati malitioſe, aut ſine rationabili cauſa denegaverint, ſeu diſtulerint, illa ipſis adminiſtrare.* Et voluit quod ſuper hoc ſtetur aſſertioni eorumdem confeſſariorum vel pœ-

nitentium, & potiori jure in abſentia parrochi vel ſui delegati, maxime dum periculum eſt in mora ita ſotus in 4. diſt.23 q. 1. art. 1. Suarez tom. 4. diſt. 44. ſeſſ.2. Maſſæus. v. extrem. 2.

Reliqua vero quæ ſunt obſervanda à parrocho, ratione iſtius ſacramenti ſatis patent ex rituali Romano; unum tamen velimſciatur à parrocho quod quando periculum eſt in mora propter accelerationem mortis poteſt, ungere infirmum ſine ſolitis præcibus, imo ſine lumine, & reſpondente, quia præceptum ungendi magis urget, quam præceptum eorum quæ ab Eccleſia ſunt ſtabilita. Quod ſi parrochus id faceret ſine cauſa urgenti non diſpenſaretur à mortali, quia numquam licet miniſtro particulari ordinem ſtabilitum ab Eccleſia invertere ita Filliuc. tract. 3. cap. 5. n. 29. paſſevimus cap. 9. n. 11. & n. Leander diſp. 3.q.17.

Multa alia poſſent dici de parrocho quantum ad adminiſtrationem iſtius ſacramenti, ſed hæc brevitatis cauſa ſufficiant.

§. VIII.

De obligatione Prædicationis & Doctrinæ Chriſtianæ.

QUod parrochus ad utrumque teneatur hoc colligitur ex jure divino & humano 1°. ex verbis Chriſti *Paſce oves meas Joan.* 21. & *Luca* 4. *non ex ſolo pane vivit homo ſed ex omni verbo &c.* 2°. ex Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. de reform.

Sed difficultas eſt an parrochus teneatur docere doctrinam ſingulis dominicis diebus virtute Trid. quamvis Poſſevin. reſpondeat affirm. attamen omnes D. D. reſp. negative quia Trid. nec dicit unicum verbum de doctrina Chriſtiana ſed tantum de Prædicatione. Fateor equidem talem eſſe praxim Eccleſiæ & aliquarum diœceſum, parrochum per ſe, vel per alium id debere facere, & ſic non docens Rudimenta fidei ſuos parrochianos peccabit mortaliter, caſu quo defficiat qui eam doceat. Laudabilis igitur uſus introductus à Sancto Carolo, eſt Religioſiſſime obſervandus convocando aprandio-

ſono campanæ, diebus dominicis pueros ad audiendam Doctrinam Chriſtianam.

Ea de cauſa ſolent Epiſcopi obligare parrochos quando conſtat de illorum neglectu, non ſolum pœna peccuniaria ſed etiam cenſuris. Quod Epiſcopi id facere poſſint patet ex Trid. citato ad hoc ut diligentiores evadant, circa id ad quod de jure divino & humano tenentur; ita barboſa de officio parrochi. 1. p. cap. 13. n. 2. Riccius in deciſ. Curiæ Arciepiſcop. Neapolitanæ p. 1. deciſ. 22. qui refert parrochum quemdam fuiſſe ſuſpenſum per 6. menſes ab officio ſuæ curæ, eo quod Rudimenta fidei ſuos parrochianos non edocebat & Emmanuel ſa dicit loquendo de tali negligentia! *Væ parrochis væ Epiſ. væ prælatis*, ita etiam N. Leander de parrocho diſp. & a. q. 1. uſque ad 8.

Utrum autem parrochus teneatur prædicare diebus dominicis, feſtis ſolemnibus, temporibus jejuniorum, quadrageſimæ, & adventus, vel ſaltem tribus diebus in Hæbdomada ex Trid. habetur tanquam certum. ſeſſ. 24. cap. 4. de reform. ſub pœna peccati mortalis, & aliis pœnis ab Epiſcopo infligendis attamen Doctores communiter, dicunt habita generali conſuetudine jam recepta, excuſari à peccato, ita

barboſa de offic. parroch. p. 1. cap. 14. n. 1. banac in 3. præceptum decalogi diſp. 5. q. unicæ punct. 2. n. 25. & n. Pater Leander. q. 9. qui inferunt ex Trid. parrochum non teneri per ſe ipſum ad prædicationem, ſed per alios huic muneri ſatisfacere poſſe, caſu quo ſint impediti.

Sed poſito quod non ſint impediti poterunt ne conſtituere alium reſp. aliqui neg. quia Trid. determinat illis tempus ut per ſe; aut per alios, ſi ipſi ſint impediti prædicent, ergo ſi non ſint legitime impediti non videntur ſatisfacere juri divino, & Canonico. Alij verò Reſp. affirmative quia per ſe ipſum facit qui per alium, inſuper in tantum parrochus tenetur ne populus patiatur detrimentum, & illius neceſſitati ſpirituali provideatur ſed per prædicationem alterius ab ipſo commiſſi &c. ergo. &c. Bonac citatus. n. 29. dicit parrochum ſatisfacere juri divino per alium, non tamen Eccleſiaſtico, quia Trid. dicit niſi impediatur legitime, ſed P. Leander diſp. 6. q. 11. Barboſa citatus, & Tolet. l. 5. cap. 5. dicunt utrique ſatisfacere modo ut providieat de idoneo prædicatore diebus determinatis à Concilio, nam praxis & conſuetudo ſic interpretantur legem Trid. & poſſevinus de officio Curati. L.

1. cap.

1. cap. 3. n. 2. dicit hoc habere locum potiſſimum in parrochiis ubi Epiſcopus ſolet inſtituere Concionatores, aut ubi regulares de licentia Epiſcopi Concionari conſueverunt etiam in propriis eorum Eccleſiis. Iterum inſurgit difficultas. Si parrochus raro aut numquam per alium à ſe conſtitutum concionetur, ſatisfacit ne ſuæ obligationi, quamvis in ſua parrochia non deſint concionatores? Paſſeu. reſp. affirm. quia mediantibus aliis prædicatoribus ab ipſo non conſtitutis non defraudatur populus; cum agatur viriliter ejus negotium. Reſp. tamen cum barboſa, Bonacina & N. P. Leand. citatis parrochum non ſatisfacere ſuæ obligationi quia Trid. dicit, *Aut ſi legitimè impediti fuerint per eos quos ad prædicationis munus aſſument.* Ergo per accidens erit illi quod verbum dei per alios diſſeminetur nam ait barboſa non ſatisfaceret muneri officij ſui ſi totam Curam Vicario committeret ergo ſi per totum annum alij prædicent, ſine commiſione illius, non ſatisfacit niſi ex conſuetudine immemorabili excuſaretur quæ vera legis interpres dicitur.

Ideoque data quacumque conſuetudine, dum populus indiget verbo dei, parrochus tenetur per ſe, vel per alium con-

cionari, quia jure divino tenetur oves ſuas verbo dei paſcere, ſic omnes D. D.

Ea de cauſa non poſſunt impediri ab Epiſcopis, ſi velint per ſe ipſos prædicare in ſuis Eccleſiis, quia hoc habent à jure divino & à jure communi quibus Epiſcopi contradicere non poſſunt. Imo ſi per ſe ipſos inter miſſarum ſolemnia in ſuis Eccleſiis prædicare velint eodem die, & hora qua Epiſcopus alibi prædicat, & etiam ipſomet contradicente, quia hoc habet à jure communi abſque limitatione. Nec eſt illi contrarium decretum Urbani VIII. ſub die 2. Maij 1629. *Dum Epiſcopus prædicat ſileant alii concionatores.* Tale enim decretum habet tantum locum, circa prædicatores delegatos, non autem ex officio, quales ſunt parrochi, ita deciſum fuit à Cong. Concil. 11. Junij 1631 ita barboſa de officio parrochi p. 1. cap. 14. n. 2. & 3. & in ſumma bullarij collect. 293. n. 3. & collect. 536. n. 1. & n. leander q. 17.

Unum tamen notandum, parrochum per ſe ipſum prædicantem non poſſe prætendere præſtari ſibi eleemoſinam ſolitam dandam aliis prædicatoribus electis ab univerſitate, ſuppoſita quacumque paupertate, ſic fuit à Cong. Concilij decla-

ratum ſub die 20. Martij 1521.

Inſuper eſt notandum parrochum non poſſe dare alicui licentiam, ut in ſua Eccleſia prædicet abſque ordinarij licentia quacumque tandem doctrina ſit ornatus, niſi idem parrochus habeat authoritatem ab Epiſcopo circa caſus occurrentes, ut patet ex ijſdem decretis citatis. Notentur igitur apprimè verba emmanuelis ſa citati *Væ parrochis &c.* quorum negligentia eſt ſemper mortalis, ſi ex ea omittantur illa adquæ quis tenetur ſcire ex præcepto ratione cujus oritur notabile damnum ovium ſibi commiſſarum.

§. IX.

De obligatione Circa pauperes & infirmos.

ERga pauperum & infirmorum viſitationem ſciendum 1. nomine pauperum non tantum mendicos privatos intelligi, ſed etiam carentes neceſſariis ad congruam, & decentem vitæ ſuſtentationem loca pia & Monaſteria, Hoſpitalia pauperum, Eccleſias indigentes luminaribus

& reparationibus neceſſariis. Denique animas ſuarum ovium exiſtentium in Purgatorio, quæ ſingulis momentis clamant, *Miſeremini mei ſaltem vos amici mei.*

Sciendum 2. nomine infirmi intelligendum eſſe non tantum qui aliqua infirmitate corporali laborant; ſed potiſſimum ſpirituali cum anima ſit corpori præferenda.

Sciendum 3. parrochi bona, vel eſſe Eccleſiaſtica, vel patrimonialia vel quaſi patrimonialia. Illa dicuntur Eccleſiaſtica quæ titulo beneficij habentur. Illa dicuntur patrimonialia quæ donatione, labore, induſtria; aut hæreditate, ſunt acquiſita ſub quo titulo quis fuit ordinatus. Illa vero dicuntur quaſi patrimonialia quæ acquiruntur à clerico ratione clericatus, non tamen ratione beneficij, ut concionando, docendo, celebrando, funus ducendo, quæ proprie dicuntur induſtrialia.

Sciendum 4. parrochum non tantum teneri habere curam pauperum ex charitate quod habet commune cum aliis ſed etiam ex officio proprio, quatenus eſt paſtor ovium; his ſuppoſitis.

Quæritur utrum parrochus ex utroque motivo tum charitatis, tum juſtitiæ te-

neatur habere curam pauperum de fru-ctibus ſui beneficij pro quo melius capeſcendo, unum notandum, neceſſarios fructus ad congruam ſuſtentationem, vel ex illis quidam ſunt ſuperflui & ſuperabundantes, ad ſuſtentationem, vel non; hoc poſito.

Reſpondeo 1. parrochum teneri habere Curam pauperum ex utroque motivo, & charitatis, & juſtitiæ, tum jure divino tum Eccleſiaſtico ut patet ex trid. ſeſſ. 23. cap. 1. de reform.

Reſpondeo 2. de bonis patrimonialibus aut quaſi, ex ſola charitate teneri, non autem ex juſtitia, quia qui habet verum & reale dominium circa aliquid non tenetur ex juſtitia alteri cædere, ſed parrochi ſunt hujuſmodi, cum nullo jure convincantur carere tali dominio, alioquin eſſent deterioris conditionis quam laici: ergo non tenentur ex juſtitia elargiri pauperibus de bonis patrimonialibus aut quaſi. Ita omnes. D. D.

Reſpondeo 3. fructus neceſſarios ad congruam ſuſtentationem parrochi, non pertinere ad pauperes nec ex charitate nec ex juſtitia. Primum patet, quia charitas bene ordinata incipit à ſe ipſo & à fortiori neque ex juſtitia.

Reſpondeo 4. fructus ſuperfluos parochi extra propriam ſuſtentationem pertinere ex juſtitia ad ipſos pauperes; ita habetur in Trid. ſeſſ. 25. cap. 1. de reform. *Cum & Apoſtolorum Canones prohibeant, ne res Eccleſiaſticas quæ Dei ſunt Conſanguineis donent.* Loquendo de Epiſcopis *Sed ſi pauperes ſint, his ut pauperibus diſtribuant &c.* Quæ vero de Epiſcopis dicta ſunt eadem ſunt dicenda de beneficiariis. *Non ſolum in quibuſcumque tam ſæcularia quam regularia obtinentibus pro gradus ſui conditione obſervari.* Ex quo patet talia pertinere ad ipſos pauperes, nec ſine re *In Canone conceſſo q. 2. habetur redditus & oblationes fidelium in quatuor partes dividat, quarum unam ſibi ipſi detineat, alteram clericis, pro officiorum ſuorum ſedulitate diſtribuat; Fabricis tertiam, quartam pauperibus & peregrinis habeat fideliter erogandam. Quorum rationem divino eſt redditurus examini.* Ita Gelaſius Papa. Idem dicit Simplicius Papa. Can. de redditubus Eccleſiæ, nec mirum ſi patres communiter dicant, tales fructus eſſe patrimonium Chriſti, bona pauperum & Eccleſiæ.

Hinc patet differentia quæ habetur inter parrochos, & Laicos, quantum ad ſuperfluum, quod laici ſola charitate te-

neantur dum præceptum obligat parrochi; verò non ſolum motivo charitatis ſed etiam juſtitiæ, ſicque tales fructus defficientibus pauperibus ad pios uſus ſunt convertendi.

Dices ergo parrochi non habent verum dominium fructuum beneficij. Reſp. dominium aliud eſſe abſolutum; & aliud diſtributivum. Primum eſt quando quis ad beneplacitum poteſt uti illa re circa quam habet dominium. 2um verò quando poteſt uti re juxta intentionem Domini conferentis, ſuperflua igitur fructus beneficij de jure divino, & Canonico ad pios uſus, & pauperes pertinent, & ſic parrochi non habent dominium ut dent ſuperflua, ad hunc, vel illum pauperem nego ad hunc determinate concedo, & ideo pauperes habent jus ad illa ſuperflua diſtinguo pauperes determinati nego; indeterminati, concedo; ita Navarr. de redid. Eccleſ. q. 1. monit. 26. Paulus Layman. lib. 4. tract. 3. n. 3. quæſit. 3. Beia 2. p. caſu 2, & 4. p. Caſ. 31. Monera de diſtrib. 3. p. q. 2. n. 14. *Cum D. Thom. 2. 2. q. 85. in c. ſi aliquid ſibi retinuerit Epiſcopus, de his quæ ſunt pauperibus erroganda, vel in uſum miniſtrorum, aut in cultum divinum expendenda, non eſt dubium quin con-*

tra fidem diſpenſationis agat, & mortaliter peccet, & ad reſtitutionem teneatur. Et Ideo omnes beneficiarij cujuſcumque tandem conditionis ſint, habent tantum domi-nium de ſuperfluo diſtributivum, non autem abſolutum: nec mirum ſi *D. Bernardus ad quemdam Canonicum Lugdunenſem dicat quidquid præter neceſſarium victum, & veſtitum de altari retines tuum non eſt quia aliis debitum, rapina eſt, ſacrilegium eſt.*

Quibus tamen Bonac. tom. 1. de oblig. benefic. diſp. 4. punct. 1. n. 5. Reſpondet in primitiva Eccleſia ita factitatum fuiſſe, ſed facta erectione beneficiorum non videtur amplius vigere illa lex, quia illa quæ erant antiquitus conferenda pauperibus, tranſlata fuere in loca pia, & beneficia: ſed bona venia tanti Doctoris ſuponitur quod eſſet probandum, cum jus Canonicum dicat, bona Eccleſiaſtica ſunt patrimonia pauperum; & Trid. ſtrictiſſime prohibeat ne ſuperflua aliis tribuantur, niſi pauperibus; ergo parrochi tenentur dare tale ſuperfluum pauperibus 1. taliter ſunt deſtinati à Chriſto Domino, paſce oves meas 2. ita inſtitutum eſt à jure Canonico.

Unum tamen nunc eſt examinandum, in quonam poteſt ſiſtere tale ſuperfluum ratione

ratióne fructuum beneficij parrochi. Reſp. illud dici ſuperfluum quod habetur in parrocho præter illius, & ipſius familiæ ſuſtentationem habita ratione ſcientiæ litteraturæ, & qualitatis perſonæ, ſicut & loci ubi deget ita Molina tom. 1. de juſtit. trac. 2. diſp. 143. Filluc. trac. 41. cap. 2. n. 19. Laymann ſupra citatus cap. 3. n. 2.

Sed difficultas eſt cum parrochus teneatur dare ſuperfluum pauperibus, utrum hoc ſit faciendum in favorem pauperum ſuæ Eccleſiæ, vel pauperum indeterminatim. Quamvis Bonac. citatus n. 3. videatur dicere liberum eſſe parrocho, cum dicit nullo jure hoc eſſe expreſſum circa beneficiarios, & ſufficere ut in pauperes cujuſcumque loci, vel in alios pios uſus inſumat, attamen reſp. hoc eſſe faciendum in favorem parrochiæ, cujus ratio fundatur in principiis naturalibus, prius eſt ſuccurrendum amicis, quam indifferentibus, prius vicinis, quam alienis, & prius alendi ſunt illi corporaliter, quos de jure divino & humano tenemur alere ſpiritualiter, ſed parrochi tenentur ad ſpirituale circa parrochianos: ergo illorum ſuperfluum eſt diſtribuendum in favorem eorumdem, cum id videatur conformius Trid. ſeſſ. 23. cap. 4. de reform.

ubi dum loquitur de reſtitutione facienda à non reſidentibus dicit. *Teneri illos fructus fabricæ Eccleſiarum aut pauperibus loci irrogare.*

Quantum verò ad beneficiarios ſine Cura, non eſt eadem ratio quia Pius V. dicit *Fructus tamquam injuſte perceptos in fabricam ipſorum beneficiorum vel pauperum eleemoſinas errogare teneatur.* Nam non dicit in pauperum hujuſmodi beneficiorum; ſed tantum in pauperum eleemoſinas. Ea de cauſa beneficiarius ſimplex poteſt applicare ad quoſcumque pauperes indiſcriminatim. Congruentius tamen eſſet ſi illos fructus applicaret circa pauperes ſui beneficij, quia ratio naturalis id dictat. Ita Alenſis part. 3. q. 36. Palaus in 4. diſt. 24. q. 3. art. 4. Valdus diſt. 23. q. art. 3. major diſt. 24. q. 6. qui dicunt parrochum propriè. Non dici Dominum, ſed potius diſpenſatorem ita ut teneatur ex juſtitia partem ſuper abundantem, & ſuperfluam pauperibus errogare.

Utrum autem tale ſuperfluum ſit potius dandum pauperibus, quam ad pios uſus applicandum, relinquitur arbitrio viri prudentis, ad quem pertinebit judicare ubi major erit neceſſitas; fateor equidem Trid. & Pium V. totum relin-

quere ad arbitrium parrochi;attamen cum hæc ſuperflua ſint danda , crederem quod ubi erit major neceſſitas , eſſent applicanda ; etſic non incongrue erit conſulendus vir prudens.

Sed poſito quod parrochus habeat bona patrimonialia aut quaſi , poterit ne ex fructibus beneficij deſumere quantum erit ipſi neceſſarium ad ſui & familiæ congruam ſuſtentationem , & bona patrimonialia , & quaſi , dare ſicut & fructus illorum ad libitum. Omnes D. D. Reſp. affirm. 1. habet verum & abſolutum dominium circa propria bona , nec formaliter dicuntur Eccleſiaſtica , ſed tantum materialiter , & cum non ſit deterioris conditionis , quam cæteri , hominum , & poterit applicare cuicumque voluerit. 2. habet etiam verum dominium fructuum beneficij quantum ad illam partem correſpondentem illius ſuſtentationi : ergo & ad beneplacitum poteſt diſponere:nam poteſt uti ad proprium uſum , *Qui altari deſeruit , & de altari vivere debet qui in altari deſerviunt cum altari participant* 1.*chor*.9. ergo & etiam ad aliorum uſum cum illius partis cenſeatur verus Dominus.

Exinde inferunt D. D. parrochum non

tantum teneri habere curam pauperum: quantum ad neceſſitatem corporalem juxta illorum poſſibile ſed etiam quantum ad quamcumque vexationem factam contra ipſos pauperes. Nec mirum ſi parrochi à multis dicantur patriæ patres, quorum cura ſtudioſe prævidetur neceſſarijs ſubditorum & potiſſimum contra injuſtos aggreſſores.

Tenetur etiam viſitare infirmos, quod colligitur clare cum de adminiſtratione ſacramentorum. Unicum tamen vellem dare parrocho monitum quod quando accedit ad infirmos, plura factitare debet exemplo quam verbo; plus enim movent exempla quam verba, & ſerio recordentur verbis Chriſti Domini: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus ut videant opera veſtra bona & glorificent patrem veſtrum qui in Cœlis eſt. Math.* 5. quæ potiſſimum circa parrochum ſunt dicta cui ex officio cura animarum eſt commiſſa.

Caveant tamen parrochi in dando Concilio parrochianis circa reſtitutionem ob damnum aliis cauſatum, & apprimé videant an hoc proveniat ob culpam latam ſeu per ignorantiam craſſam aut per gravem negligentiam, quia tenentur ex officio ſcire quæ homines ejuſdem con-

ditionis ſciunt.

Rigidiſſimi debent eſſe de illis quæ ordinario ſunt preſentandi ad aliquid beneficium recipiendum, potiſſimum de vita, moribus, & ſcientia, ne remittant oves præ manibus lupi; ne conferant illis patentes litteras pro beneficio obtinendo ratione idoneitatis, niſi ſupradicta clare conſtent illis: nam officium parrochi ad omnia extenditur quæ ad animarum ſibi ſubditarum ſalutem & Eccleſiæ ſibi commiſſæ miniſterium, & decorem ſpectant. Nonne ſingulis ſaltem diebus dominicis ad populum de rebus, fidem, & morum integritatem concernentibus prædicare debent? Nonne quoque pueros & rudiores perſonas fidei rudimentis inſtruere tenentur? *Cæcus autem ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. Math.* 15. Hæc ſunt verba Chriſti Domini væ igitur prelatis qui ad tale examen negligenter, & indulgenter ſe habent! væ etiam parrochis qui famelice & in cautè ad tale munus ſe obligant! quomodo ergo inſtruent ignorando. Nemo dat quod non habet.

Ad integram officij parrochi intelligentiam reſtant ſolum duæ difficultates ſolvendæ, quarum prima eſt circa poteſtatem quam habent diſpenſandi in diebus

feſtivis 2. vero in lege jejunij.

Ad 1. reſp. parrochum poſſe diſpenſare & dare licentiam laborandi in diebus feſtivis ad tempus tantum ratione magnæ & actualis occaſionis occurrentis, fundata in magna neceſſitate, quia extrema neceſſitas nullam legem humanam agnoſcit. Ita Suarez lib. 2. cap. 33. n. 2. Azorius lib. 1. cap. 28. q. 6. n. P. Leander diſp. 9. q. 1. & omnes.

Ad 2um. reſp. majorem eſſe difficultatem. Pro quo ſciendum talem diſpenſationem eſſe vel, abſente Epiſcopo, vel preſente, aut juſta cauſa aut ſine fundamento. Reſp. igitur 1. parrochum poſſe diſpenſare in lege jejunii abſente Epiſcopo & data juſta cauſa alioquin fideles non eſſent ſufficienter proviſi pro omnibus neceſſitatibus, ſi non haberent qui in illorum urgenti neceſſitate diſpenſare poſſet. Sic omnes D. D.

Reſpondeo 2. ſi Epiſcopus ſit preſens per ſe loquendo diſpenſatio eſt ab illo petenda, quia ad ipſum pertinet diſpenſare in iis quæ ſunt de jure communi quando frequenter accidunt, niſi aliter in jure expreſſe ſit cautum. Attamen. n. Leander de parrocho q. 2. probabilius eſſe dicit quod parrochus diſpenſare poſſit cum ali-

quibus data juſta cauſa , quia conſuetudine talis juriſdictio introducta eſt ad diſpenſandum in jejunio etiam preſente Epiſ.

Sed Bonac. de præcep. Eccleſ. diſp. vult. punic. 2. n. 5. & punc. ult. n. 18. clarius reſp. tamquam probabilius, conceſſa vel præciſa , conſuetudine parrochum non poſſe diſpenſare in lege jejunij quia nullam habet poteſtatem ſupra jus commune; poteſt tamen declarare cauſam eſſe juſtam , & ſufficientem , ex qua ruit obligatio jejunij. Idem poſſunt facere ſimplex confeſſarius, medicus & vir prudens. Ita etiam ſentiunt ſilveſt. u. jejun. q. 7. Angelus u. jejun. n. 10. Rodriguez 2. p. ſummæ cap. 24. n. 4. qui idem dicunt circa præceptum abſtinentiæ à carnibus & lacticiniis quia , qui eſt ſuperior in ordine ad relaxationem jejunij eſt etiam ſuperior in ordine ad ea quæ ſunt neceſſariò annexa jejunio : ergo qui non poteſt 1um. non poteſt 2um. ſicut ècontra.

Hoc unum notandum ubi viget Trid Epiſcopum poſſe diſpenſare cum hoc, vel illo in particulari circa præceptum jejunij ab ovis , & lacticiniis numquam tamen totam communitatem, ut patet ex approbato uſu Eccleſiæ & communi D. D. doctrina : attamen ut illa diſpenſatio ſit

valida requiritur juſta cauſa, quia ea quæ ſunt juris communis, non poſſunt Epiſcopi diſpenſare ſine illa.

An Epiſcopus poſſit transferre vigiliam quando feſtum ſolemne alicujus Sancti reperitur in eadem vigilia & quid de vigilia S. Mathiæ.

Quantum ad 1. reſp. affirm. cum omnibus D. D. qui dicunt non tantum poſſe, ſed & debere transferre jejunium in antecedentem diem; nam jura diſponunt quod quando vigilia occurrit in dominica transferenda eſt in diem antecedentem ut patet ex cap. 1. & 2. de obſervantia jejuniorum ita in praxi habetur in Hiſpania pro feſto S. Saturnini Patroni civitatis Pampilonenſis, quia occurrit in vigilia S. Andreæ. in gallia pro feſto S. Quintini quod occurrit in vigilia omnium SS. & in Italia pro civitate Florentina in qua quia in eadem juramentum fidelitatis coram magno duce Etruriæ magna cum ſolemnitate ab omnibus ſtatibus dependentibus ab illo efficitur ideo jejunium S. Joannis Baptiſtæ transfertur, pro civitate tantum, in diem antecedentem. Hoc unum tamen ſciendum id tantum intelligendum eſſe de jejuniis vigiliarum pro feſtivitate alicujus Sancti non vero de jeju-

niis quatuor temporum nam hæc non ſunt transferenda quamvis in his magna occurrat feſtivitas.

Quantum ad 2. reſp. probabilius contra Paſqualigium, neg. 1. prædicta tranſlatio jejunij non eſt conformis diſpoſitioni juris cum hoc ſolum propter occurrentiam alicujus magnæ feſtivitatis permittat ut patet ex cap. Conſilium de obſer. jejun. maxime cum numquam liceat inferiori contra factum ſupperioris diſpenſando venire. 2. cauſa quam contrarij D. D. aſſignant ad deffendendam illorum opinionem præviſa eſt à ſede Apoſtolica, & tamen non declaravit tranſlationem talis jejunij, non enim alia ratione, niſi quia non invenit eſſe ſufficientem, alioquin illam inſtituiſſet ut videtur de vigilia S. Joan. Bap. quæ ſi incidat in feſtum Corporis Chriſti anticipatur in feria 4. antecedenti ita Leo X. & Vrb. VIII. ſic in leander de jejunio trac. 5. diſp. 4. q. 42. de Lugo dicit fuiſſe in voto Innoc. X. vigiliam non eſſe transferendam in alium diem imò & Sacra Cong. declaravit noviſſime non poſſe fieri ita P. Octavius maria à S. Joſeph, Auguſtinianus in repertorio morali interrogatione 122. ex quibus remanet deciſum Epiſcopos non poſ-

ſe transferre vigiliam S. Mathiæ date quocumque motivo.

CAPUT. VI.

Memento abbreviatum eorum qui ad Sacramenti Pœnitentiæ miniſterium ſunt deſtinati.

RECORDENTUR Confeſſarij in tali munere obeundo, ipſos gerere vices & judicis, & Doctoris, & medici. Tanquam judices nomine dei ob authoritatem illis conceſſam, peccatores judicare debent. Tanquam medici remedia ſanativa, & præſervativa adaptare tenentur. Et ut Doctores tali munere, & valide & licité fungi valeant, habere debent poteſtatem, ſcientiam bonitatem, prudentiam, & ſigillum.

1. Poteſtas in Confeſſario triplex eſt. Una dicitur ordinis ob cujus defectum non Sacerdos abſolvere non poteſt, data quacumque neceſſitate etiam in articulo mortis. altera eſt juridictionis quæ vel eſt ordinaria qualis eſt Papæ in toto orbe, Epiſcopi in propria Diœceſi, &

parrochi in propria parrochia. 3. vero eſt poteſtas delegata, & quo ad uſum: ea de re excommunicatus ſuſpenſus & alij hujus generis quamvis habeant poteſtatem ordinis, & juridictionis ex defectu tamen non uſus valide aut licite illam exercere non poſſunt.

2. Scientia; quomodo enim judicabit Confeſſarius ſi ſit inſcius ad ferendam ſententiam de peccatis patratis, ſi ſcientiam ſufficientem non habeat ad diſcernendam ſaltem differentiam *inter lepram & lepram. deuterom.* 17. id eſt inter peccatum & non peccatum. Ponderent igitur Confeſſarij verba. D. Hierom. Epiſcop. *Tola ad Heliodorum, quomodo ante diem judicij judicant & quod ipſi judicaverint in ſuo tribunali approbabitur in die judicij*. Quam igitur talis ſententia eſt perſcrutanda cum in ultimo die, ante conſpectum divinæ majeſtatis apparere debeat, an ab ignorantia, aut cæca inconſideratione proceſſerit: apud autores habetur certum quod ſi pœnitentes captioſe Confeſſarium ſibi eligant ita ut illorum miniſterium religioſe adminiſtrare non valeant, graviter peccare, potiori jure Confeſſarius gravius peccabit qui ſine debita ſcientia, ad tribunal Confeſſionis imprudenter ſe exponit.

Quoniam tu ſcientiam repuliſti repellam te ; ne Sacerdotio fungaris mihi Ozeæ. 4. Non dicit ne ſis Sacerdos ſed ne Sacerdotio fungaris. Quamvis enim Deus ob ignorantiam characterem Sacerdotalem non tollat, prohibet tamen illius exercitium, ob grave, & imminens periculum ne invalide & illicite illius Sacramenta adminiſtrentur.

Non valet id quod à multis decantatur : a meo prælato ſum approbatus, ſi cognoſcas te eſſe inhabilem ad tale munus exercendum, quia approbatio ſupponit ſcientiam. Nam cæcus qui ducit cæcum non propter hoc dat illi viſum. Dico igitur qui palam id videt, id eſt ſuam inhabilitatem, non poteſt adminiſtrare tale Sacramentum, niſi dubitet de tali ſufficientia, pro tunc ſe conformare poteſt. Cum tali dubio judicio illius Prælati qui ipſum approbavit. Verum talis ſcientia confeſſario requiſita juxta conſcientiam illorum quos dirigit Confeſſarius, eſt ſemper menſuranda. Qui adminiſtrant in villa ubi ruſtici commorantur non tantam habere debent ſcientiam, quanta requiritur in civitatibus, urbibus, & opidis magnis, ubi ut plurimum majores cauſæ agitantur : nam alio modo

conſcientia pauperculi ruſtici dirigitur, & alio modo magiſtratus, negotiatoris, &c. quibus ut plurimum illorum conſcientiæ in maximis; & difficillimis quæſtionibus ſunt implicatæ: verum multum juvat judicium naturale quo quis inclinatur ad dubitandum in caſibus non ordinariis; ut recurrere poſſit ad peritos; nam ajunt D. D. in caſibus dubiis confeſſarius poteſt requirere concilium ſapientiorum, modo ut non prodat pœnitentem nec aliud præbeat judicium ex quo poſſit dignoſci. Quod ſi ſoli celebres Theologi adminiſtrare poſſent Sacramentum pœnitentiæ, acceſſum quotidianum pœnitentes habere non poſſent ad illos imò nec annuum cum pauciſſimi reperiantur celebres, & pauciſſimi quoque refrigerium iſtius ſacramenti reciperent quod quidem eſt neceſſarium neceſſitate medij illis, qui de peccato mortali ſunt infecti.

Scientia igitur requiſita Confeſſariis duplex eſt; una eſt univerſalis quæ dicitur juris, & altera particularis quæ nuncupatur facti. Ad hoc ut quis dicatur habere ſcientiam juris, ſeptem ſaltem conditiones ſunt obſervandæ. 1. debet agnoſcere extentionem ſuæ juriſdictionis, quia ipſi non ſubditum non poteſt abſolvere.

Judex ſapiens judicabit populum ſuum Eccleſ. 10. ea de cauſa debet habere cognitionem caſuum reſervatorum maxime cenſurarum quæ tribunal ſuperius reſpiciunt ne immitat falcem in meſſem alienam 2. debet ſcire diſtinguere peccatum à peccato ſaltem in genere 3. debet dignoſcere circunſtantias peccatorum ſaltem illas quæ mutant ſpeciem peccati. 4. debet agnoſcere illa quæ reſtitutioni ſunt ſubjecta. 5. debet ſcire id quod conſtituit occaſionem proximam peccati, ut abſolutionem ſuo tempore applicare valeat. 6. debet etiam ſcire ad gratiam ſupernaturalem recipiendam qualis diſpoſitio doloris requiratur. 7. debet inſuper ſcire ad abſolvendum pœnitentem quali forma eſt utendum, & qualia ſunt remedia oportuna applicanda peccatis. Cætera vero quæ reſpiciunt ipſum pœnitentem, à prudenti confeſſario conſulte determinari poſſunt.

Scientia vero particularis, quæ dicitur facti eſt illa quæ reſpicit pœnitentem, ut peccatorem: nec mirum ſi dicatur facti cum debeat dignoſcere factum illius, ſeu peccatum, ſi valide valeat illum abſolvere, circa quod multa ſunt notatu digna quæ diſtinctis paragraphis examinabũtur. Quantum vero ad bonitatem, prudentiam

& ſigillum videantur ea quæ dicuntur cum de Sacramento pœnitentiæ.

Unum tamen velim ſciatur à Confeſſario ; ex peccatis alia eſſe ex genere ſuo mortalia, & alia tantum venialia, quorum differentia eruitur ex oppoſitione quam dicunt ad aliquam virtutem, quodque facile dignoſci poteſt, quando dantur virtutes quæ de natura ſua obligant ad producendos actus, quibus deſſicientibus vel operando contra tales virtutes pro tunc erit peccatum mortale, ex inde tamen nolo inferre quod qui operatur contra quaſcumque virtutes indiſcriminatim, actio illius ſit de natura ſua mortalis ſed tantum contra quaſdam virtutes ut modo videbitur.

Ex D. Thoma in 2. 2. res dilucide videtur, ubi tractat de 38. virtutibus, ex quibus ſolum 14. ſub mortali adſtringunt ad ſuos actus, ſcilicet, fides, ſpes, charitas, juſtitia commutativa diſtributiva, legalis, vindicativa in ſuperiore, religio pietas obedientia obſervantia ob obſequium debitum ſuperioribus, ſobrietas caſtitas, & humilitas, cum ſupra enumerata ex ſe ſint ſatis clara majori enodatione non indigent.

Reliquæ vero virtutes non obligant de

natura ſua ſub mortali ut patet de prudentia quæ eſt inſtituta ad eligenda media ad conſequendum vel conſervandum finem charitatis; nam omne medium non eſt ſimpliciter neceſſarium, ſed tantum illud quod eſt melius & perfectius ad conſervandam charitatem, ideo prudentia de natura ſua non obligat ſub mortali, ſed tantum quando medium eſt tale ut ſine eo charitas conſequi non poſſit, idem dicitur de liberalitate cujus peccata oppoſita illi de natura ſua non ſunt mortalia niſi proximus ſit in extrema neceſſitate vel gravi, vel quia quis habeat ſuperfluum. Qui plura velit ſcire legat Patrem Campionum in ſua inſtructione ordinandorum cap. 4. & hæc in hac parte pro nunc mihi ſint ſatis.

Inſuper confeſſarius ſcire debet parvitatem materiæ reddere peccatum veniale, id quod de natura ſua fuiſſet mortale non eſt tamen inferendum quod in quocumque peccato poſſit dari parvitas materiæ; pro quo dilucidando ſciendum eſt, quæ ubi defformitas tota reperitur ſive in parva ſive in magna numquam mortale redditur veniale ob parvitatem materiæ: ſi vero in parva minor defformitas habeatur, tunc erit tantum veniale ſunt igitur

tur quædam peccata quibus non datur parvitas materiæ qualia ſunt ea quæ efficiuntur contra fidem per hæreſim, contra ſpem per deſperationem, contra charitatem per odium; De aliis virtutibus ſupradictis poteſt dari parvitas materiæ; difficultas eſt de peccatis contra caſtitatem: D. D. multum inter ſe altercantur quamvis hinc inde habeantur rationes multum comprobantes; attamen fateor me adhæſurum pro communi ſententia negante, in peccatis contra caſtitatem nullam eſſe agnoſcendam parvitatem materiæ.

Quænam autem ſit illa parvitas materiæ ob quam quis à mortali excuſabitur: hæc quæſtio non ita facile enodari poteſt, cum referente fagnano in cap. nulli de rebus Eccleſ. non alien. num. 24. Sacra Congregatio Concilij huic quæſtioni Reſpondet non eſſe tutum deffinire quæ ſunt res parvæ, quod ſi non ſit quid tutum reſpectu Congregationis habentis authoritatem Apoſtolicam, fortiori erit minus tutum reſpectu proferentis tantum Judicium doctrinale, maxime cum talis in omnibus debeat ſequi judicium authoritativum ſedis Apoſtolicæ: ideo totum relinquitur judicio viri prudentis, quia

M

materia poteſt eſſe parva in uno genere quæ tamen erit magna in alio; mea non eſt hæc doctrina quamvis alioquin mea: hanc enim ab Angelico Doctore in 2. 2. meo meritiſſimo, & digniſſimo duce ac magiſtro accepi.

---

§. I.

Quomodo ſe gerere debeat confeſſarius in interrogationibus faciendis.

QUamvis in iſto tribunali Confeſſarius interrogare non debeat ſed tantum audire peccata Pœnitentis, quia in iſto judicio, qui celat ſuum delictum condemnatur; attamen ut Confeſſarius poſſit formare rectum judicium circa peccata pœnitentis, ſæpe ſæpius convenit interrogare.

Talibus autem interrogationibus duo peccatorum genera indigent illis: alij enim dicuntur muti, & cæci, & ſunt illi qui non adhibent totam diligentiam requiſitam ad examinandas illorum conſcientias, etſi taceant, eſt quia non recordantur, & alteri ſunt muti & ſurdi

quia internam ſinderesim propriæ conſcientiæ audire nolunt.

Quantum ad ſurdos, & Cæcos cum magna prudentiæ cautela ſe gerere debent confeſſarii, ne confeſſio reddatur illis onerosà cum ut tales ſint diſpoſiti ad declaranda omnia peccata ſi recordarentur, ſufficit igitur petere ab illis; an cum tota diligentia illis poſſibili examen fecerint, nam Chriſtus Dominus non obligavit fideles ad omnia peccata declaranda ſed tantum illa quorum recordantur, & ſic cùm pœnitens fecerit totam diligentiam poſſibilem non tenetur ad aliquid aliud nec etiam confeſſarius ad interrogandum.

Idcirco duo utiliſſima ſunt obſervanda; 1. quando pœnitens eſt cognitus à Confeſſario maxime diſpoſitus ad perſcrutanda ſua peccata, & ad declaranda in tribunali confeſſionis pro tunc à talibus interrogationibus ſe liberare poteſt & finita confeſſione, tempus inſumere debet in aliquo ſalutifero documento. 2. quando accedunt pœnitentes negligentes quales ſunt ruſtici & ſilveſtres, non exinde in pace ſunt deſerendi ſed cum inquiſitione charitativa ſunt juvandi quia plus confeſſarius diſcet pœnitenti quam ſi pœni-

tens ipſemet ſe ipſum examinaſſet, quod ad naturam, numerum, & circumſtantias peccatorum, quod ſi tamen confeſſarius videat talem pœnitentem declarare ſua peccata ita confusè, & obſcurè, ut videatur non eſſe apoſitam diligentiam ad preſcrutandam ſuam conſcientiam, pro tunc poteſt remittere illum pro aliquo temporis ſpatio, ut ſe ipſum de novo examinet.

Sed aliquando evenit quod pœnitens non poteſt numerum certum peccatorum diluere ſatis erit pro confeſſario pedetentim petat ab illo à quo tempore commiſit tale peccatum, & ſi in tali ſemper perſeveraverit, qualia ſunt peccata odij & obſcænitatis pro tunc prudens confeſſarius facilè videbit qualitatem & numerum peccatorum, ſicut & ſtatum peccatoris. Nec etiam confeſſarius nimis curioſe circa confeſſiones antecedenter factas ad renovandas illas, niſi in actu neceſſitatis qualis euenire poteſt, vel ob defectum juriſdictionis confeſſarij præcedentis, vel ob defectum ejuſdem pœnitentis, cum non habuerit verum dolorem de peccatis antea commiſſis; ideo ſi error non ſit manifeſtus, pro tunc utendum eſt regula Juriſ-conſultorum in dubio ſemper præ-

ſumendum eſt pro actu, & in favorem patientis; quod ſi pœnitens ob illius ruſticam incapacitatem non recte declaraſſet numerum peccatorum ſed tantum confuſe non exinde confeſſarius debet illum obligare ad de novo repetendam confeſſionem, cum talia peccata ſic confuſe declarata (niſi id deliberate factitatum fuiſſet) fuerint directe abſoluta, & ſic ad novam declarationem non eſſet adſtringendus pœnitens.

Attamen ob integritatem confeſſionis eſſet obligandus pro quo capeſſendo, unum obſervandum, integritatem confeſſionis bifariam uſurpari, vel materialiter, quando quis prævio examine omnia peccata poſt baptiſmum commiſſa, nondum confeſſa ſecundum numerum, ſpecies, & circunſtantias in confeſſione exponuntur. Formaliter vero quando omnia peccata juxta numerum, ſpecies & circunſtantias quæ poſt ſufficiens examen memoriæ occurrunt. Quantum hic & nunc moraliter fieri poteſt in confeſſione, & cum formali dolore omnium aperiuntur, in iſto caſu peccata ſupponuntur confuſe declarata non numerice & ſpecifice, ergo talis pœnitens adſtringendus eſt ad illorum declarationem numericam quod infertur ex

decreto Alex. VII. Prop. XI.

Unum tamen moneo confeſſarium circa peccata impuritatis ut videbitur infra, ne nimis curioſe, & minutim accedat & ut ait Rituale Romanum, *Caveat ne curioſis aut inutilibus interrogationibus quemquam detineat*, Recordetur quæſo illius pictoris qui ita merum Hælenæ vultum penicello reddidit ut illius amore raptus fuerit. Non convenit confeſſario nec pœnitenti ita ſtudioſe talia inveſtigare, ſufficit igitur illi ſcire naturam peccati, non tamen modum, quod ſi pœnitens ob inverecundiam, vel ignorantiam exprimere vellet, modeſte illi dicere debet, tale factum nullam prorſus habere neceſſitatem.

Quantum vero ad mutos & ſurdos pœnitentes qui nolunt peccata patefacere, in hac occaſione ingenium prudentis confeſſarij non parum elucet, & illius ſolertia per multum laudatur, & ut ad uſum confeſſarius tale opus reducat operæ pretium eſt quod utatur arte qua Propheta Ezchiel uſus eſt, videndo foramen templi præcepit illi Deus, *Fode parietem & vide abominationes peſſimas quas iſti faciunt* cap. 8. non ſine re utor autoritate Prophetæ, ut confeſſarius videat, quod quando juven-

tus ad tribunal confeſſionis accedit, accuſando ſe de amore muliebri in Eccleſia, de multis verbis impudenter effuſis, de aſpectibus inhoneſtis, & impudicis; tacendo quæ ut plurimum ſubſequuntur ex illis; verbis igitur lectiſſimis prudens confeſſarius ſolerter petere debet ab illo; an de aſpectibus & verbis dederit conſenſum, & de conſenſu pervenerit ad actum, aut erga ſe, aut erga alium, ſed (ô bone Deus!) quam ſibi præcavere debet confeſſarius ne erret, dum aliis prævidere vult ſe ipſum vitiorum ſordibus contaminet: caveat igitur ne partem ſanam inficiat, docendo ſermonibus ea quæ pœnitens ignorat. Verum lumen de ſuper à patre luminum errogandum eſt, & propria experientia quæ exercitiis magis conſolidatur, impedire poterunt ne quis cadat, & docebunt illum interrogandi modum, juxta perſonarum qualitatem quod ſi patienter operatur cum pœnitente abſolute fatebitur quod antea mordicus negaverat; tales enim interrogationes ſunt inductivæ, quando vero judicio ſunt firmatæ, ut ait D. *Auguſtinus lib. de vera & falſa pœnit. diligens inquiſitor, & ſubtilis inveſtigator & quaſi aſtute interrogat à penitente quod forſan ignorat, vel pia verecundia velit occul-*

tare, & piis interrogationibus ſolerter factis fantur in veritate rei quod factum eſt, qualis igitur & quanta fuit conſolatio Samaritanæ dicendo, inveni hominem qui dixit omnia quæcumque feci. Quod ſi Christus Dominus voluiſſet ſcire ab illa propria delicta, neſcio, an proprio ore voluiſſet illa declarare.

In tali genere confeſſionis, confeſſarius debet ſignificare pœnitentibus ſe parui pendere talia peccata, imo, aſſertare debet illis ſe majora & majora in tribunali confeſſionis audiviſſe. Nec ſunt ſoli nec primi ad patranda talia delicta (eo fine tantum efficitur ut majori animo ſecretum cordis manifeſtent) quando igitur confeſſarius interrogat de numero ſemper ſupponere debet majorem, ut pœnitens potius poſſit minuere quam augere: & utendo tali medio maxime caueant ne dent ſigna admirationis ſuſpirando vel aliquid ſimile faciendo quo pœnitens à declaratione intimi cordis ſe retrahere poſſit: hiſtorici enim dicunt ſtrepitum frundæ partum timidi cerui impedire, imo, confeſſarius potius animum incitare, & preſentare debet peccatori indignationem irati numinis & è contra maximam eſſe feſtivitatem in Cælis pro converſione etiam unius peccatoris, diemque & horam

horam ſæpe ſæpius benedicere debent quod ſe à tali onere peccati alleviarunt.

Denique moneo confeſſarium ſi dimittat pœnitentes ſine gravi & urgente neceſſitate illos procraſtinando ut examen ge-generale efficiant de peccatis antecedentibus; factis etiam in aliis confeſſionibus declaratis, non poſſe majorem & intolerabiliorem errorem committere quia tales ut plurimum tacent peccatum ob verecundiam, nam ut tales ſunt vel agreſtes, vel juvenes inexperti & inconſiderati, quibus vita permultum conformis eſt illorum conſcientiæ, nec multum oneroſum erit confeſſario patienti & experto ſi officioſe illum audiat ut dictum fuit ſupra quia interrogationes unius horæ pluris facient talibus pœnitentibus quam examen unius menſis, maxime cum comprobetur experientiâ tales ſic dimiſſos, ſæpe non redituros.

Exinde non parua inſurgit difficultas, quid in concurſu populi confeſſarius agere debeat. Prudens & patiens confeſſarius debet potius ſanare unum quam multos medicare quod ſi rationabiliter poſſit differre in aliud tempus, pœnitenti repreſentare debet melius & ſecurius eſſe

pro illo præſcribendo illi tempus ad hoc ut redeat;quod ſi ſine ſcandalo differre non poſſit, aut ſine admiratione ut evenit filiabus quæ à parentibus obſervantur, aut a domeſticis. Coninch. de Sacram. diſt. 7. dub. 9. n. 77. megara lib. 5. inſtit. cap. 9. Rodriguez in ſumma dicunt confeſſarium teneri abſolute audire illam circa graviora peccata, cum conditione quod in altera confeſſione ſe ſubmittat clavibus ſacramenti pœnitentiæ. Quo preſervativo parrochus uti poteſt in defferendo viatico infirmo cum non adſit tempus audiendi tot confeſſiones ſacrilegas, ne infirmum ad deſperationem adigat, & ne ad infamiam illum exponat ita Sambrana de pœnit. cap. 4. dubii 6. num. 6. & 7.

Uerum iſte caſus non parvam patitur difficultatem ob propoſitionem 59. damnatam ab Innocentio XI. ideo nec ratione concurſus populi, nec fama pœnitentis, nec periculum ejuſdem non redeundi, non ſunt quid ſufficiens ad dimidiandam confeſſionem:quia fama non debet cauſare detrimentum animæ, quæ pluris facienda eſt quacumque alia re, potius mori quam fædari, nec deſunt remedia à prudenti confeſſario danda, ut

ſalvetur pœnitentis fama nec concurſus populi ne cæteris deſit occaſio confitendi, quia ſemper violatur decretum Innocentij. Quantum vero ad periculum non redeundi non videtur ſatis ad dimidiandam confeſſionem quia tale periculum oritur à depravata illius voluntate; alioquin plures confeſſiones dimidiarentur & ſacrilegæ fierent, maxime ab illis quibus durum eſt occaſiones peccati derelinquere data occaſione; illis diebus ad confeſſiones accederent in quibus confeſſarij non poſſent illos interrogare, quomodo ab ultima confeſſione ſe geſſerint, an meliores, aut deteriores evaſerint, an occaſiones peccati evitaverint.

Fateor equidem dari plures cauſas dimidiandi confeſſiones 1. propter impotentiam phyſicam, qualis habetur in infirmo ob periculum mortis, ſicut & in incendio, naufragio, conflictu periculoſo, ruina, & alia ſimilia quæ dilationem pati non poſſunt in quo caſu Sacerdos audito uno ſolo peccato, poteſt omnes abſolvere dicendo: ego vos abſolvo, modo ut ſint vere contriti de aliis &c. idem dicitur de muto aut de Balbutiente qui ſignis confitentur peccata, & modo quo poſſunt.

2. Quando datur impotentia moralis quæ reperitur in illo qui adhibita quacumque diligentia, & debito examine conſcientiæ alicujus peccati non recordatur. Sicut & quando dubitatur de confeſſario an violet Sygillum aut ad Turpia incitet pœnitentem pro tunc dimidiari poteſt confeſſio, modo ut non ſit alter Confeſſarius, & malum quod timetur ſit certum, cum ſæpe ſæpius talis timor potius fundetur in imaginatione quam in veritate. Caveant igitur ſibi ipſis pœnitentes res enim eſt maximi ponderis cum agatur de ſtatu ſalutis æternæ.

Licet ne etiam dimidiare Confeſſionem quando adeſt neceſſitas in Sacerdote ut cælebret, & laico ut communicet cum ſit unicus Confeſſarius qui habet ſolam juriſdictionem ordinariam & tales habent caſus reſervatos an poſſint dimidiare Confeſſionem omiſſis reſervatis declarando ſola non reſervata. Reſpondetur negative quia præceptum de integra Confeſſione obligat per ſe non tantum formaliter ſed etiam materialiter id eſt numerice ſunt declaranda ſicque directe à non reſervatis abſolvitur & à reſervatis indirecte propter infamiam aut ſcandalum quod orietur ex omiſſione.

Celebrationis, aut communionis: ergo non datur cauſa excuſans ab integritate materiali confeſſionis modo ut detur etiam integritas formalis.

Quantum vero ad imponendas pœnitentias peccatis debitas. Confeſſarius obſervare debet ſatisfactionem eſſe offenſæ præteritæ quoad pœnæ recompenſationem, quamvis enim culpa remitatur virtute Sacramenti non tamen ſemper tota deletur pœna, ut colligitur ex Trid. ſ. 14. cap. 8.

Talis enim compenſatio efficitur per pœnitentiam impoſitam à Confeſſariis, quæ ut omnes D. D. dicunt fieri poteſt per jejunia, orationes, eleemoſinas; per jejunia intelliguntur omnia opera pænalia corporalia, per orationes vero non ſolum meditationes & orationes vocales ſed etiam opera ſpiritualia. Per eleemoſinas non tantum pecuniarum largitiones ſed etiam opera miſericordiæ, ut viſitare infirmos, incarceratos, conſolare viduas, pupillos, & alia hujuſmodi ex quibus omnibus ſequitur pœnitentiam eſſe illam ſatisfactionem pro pœna debita peccatis.

In imponenda igitur pœnitentia à Confeſſario, dicunt D D. conſiderandam eſſe gravitatem peccatorum, & juxta illorum

qualitatem eſſe taxandam, ita ut pœnitentia quantum fieri poterit peccatis contraria ſit. Carnis peccatum Maceratione carnis eſt caſtigandum, avaritia eleemoſinis; perjuria & blaſphemiæ divinis laudibus &c. quia ut ſolet dici contraria contrariis curantur, cum peccatum ut ſic dicatur tale per oppoſitionem ad aliquam virtutem. Confeſſarius igitur debet onerare peccatorem ad praxim virtutis oppoſitæ, ut exinde habitus vitioſus penitùs ab illo eradicetur.

Confeſſarius tamen qualitatem perſonæ obſervare debet quantum poteſt exequi. Nam infirmis jejunia, diſciplinas, peregrinationes, & alia opera pænalia corporalia: pauperibus eleemoſinas: famulis peregrinationes &c. non ſunt danda, quia illa omnia illorum ſtatui repugnant. Ideo ſatisfactio juſta, & æqualis eſt imponenda quantum fieri poteſt. Notandum tamen multis de cauſis Confeſſarium minuere poſſe pœnitentiam. Videantur ea quæ dicuntur ab autoribus de pœnit. cum de tali materia. Pro nunc mihi ſatis.

Confeſſarius igitur in tali munere obcundo cum ſit judex & medicus, ſi dubitat aut prævideat pœnitentem aliquid omiſſurum ad Sacramentum penitentiæ

pertinens, pro tunc tenetur interrogare illum de re tantum neceſſaria ad integram confeſſionem faciendam, priuſquam illum abſolvat. ut judex dignoſcere debet cauſam delicti, ut medicus ſanare debet partem infirmam, aut ſaltem à tali infirmitate, per remedia utilia, & convenientia illam præſervare. Ex hac occaſione D. Aug. dicit. *diligens Confeſſarius minutim à pœnitente debet inquirere, quod forte ille neſcierit aut ob verecundiam nollet illud detegere* & poſt ipſumD. Th. *Confeſſarius debet pœnitentis conſcientiam exquirere non ſecus ac medicus infirmitatem ægrotantis, & judex cauſam litigantis.* Sic jubetur Confeſſario in cap. omnis utriuſque ſexus. Ubi habetur ut diligenter inquirat peccatoris circunſtantias atque peccati; quod ſi Confeſſarius dignoſcat pœnitentem bene functum fuiſſe ſuo munere, & recte Confeſſum fuiſſe nullo modo ipſum interrogare tenetur.

Animadvertat diligenter Confeſſarius interrogando pœnitentem, ut id non faciat indiferenter de quolibet peccato, quod pœnitens commitere potuiſſet, ſed tantum de illis quæ homines illius conditionis, & ſtatus, generaliter loquendo committere poſſunt, ea de re ſumma,

& diſcreta indiget prudentia ne de peccatis extraordinariis inquirat quæ ab eodem pœnitente ſunt ignoranda, maxime erga ſexum fœmineum, qui ſæpe ſæpius ediſcit modum peccandi ob interrogationes inutiles factas à Confeſſario ſed hæc in ſequentibus paragraphis clarius elucidabuntur.

---

§. II.

In danda abſolutione quomodo ſe gerere debent Confeſſarij.

ANtequam ad difficultatem propoſitam accedatur, quædam notitia de canonibus pœnitentialibus ignoratis à non paucis eſt explananda; tales igitur Canones pœnitentiales ex certis decretis à ſummis Pontificibus, & à Conciliis Emanatis eruuntur quibus pœnitentia peccatis debita erat præſcripta. Ea de re pro tunc quis erat indignus Sacerdotio qui tales ignorabat Canones: ex cap. quæ ipſi diſt. 38. ideo mihi licitum erit, eorumdem aliquam brevem intelligentiam in lucem edere.

1. Blaſphematores & fornicatores ad ſeptem annos pœnitentiæ, cum jejuniis, ciliciis, peregrinationibus, & aliis operibus pænalibus tenebantur ex cap. finali de malef. quod ſi fornicator erat Sacerdos ad decem annos extendebatur ex Canone, præſbiter diſt. 82. modo ut talis non fuerit filia ſpiritualis Confeſſionis Chryſmatis, aut baptiſmi; pro tunc talis pœnitentia protrahebatur ad duodecim annos ex Canone ſi quis cauſæ 30. q. 1. & Canone non debet: & adimpleta pœnitentia, pœnitentes in perpetuum in aliquo monaſterio erant incluſi.

2. Quantum ad latrones in materia gravi, illorum pœnitentia erat quinque annorum, & in materia levi unius anni, Canone ſi quis clericus cauſ. 17. quæſt. 4. 2.

3. Homicidæ caſuales tenebantur per quinque annos pœnitere, ad ſeptem vero ſi erat præviſum, & deliberatum, Can. ſi quis homicida Can. eoſ. diſt. 50. & per tres annos continuos in pane & aqua vitæ propriæ ſubvenire tantum poterant; æquum enim erat ut qui vitam proximi injuſte arripuit propriam ſudoribus & ærumnis conſervet, non ſolum plebeis erat impoſita talis pœnitentia, ſed etiam, quibus-

cumque Catholicis, nam ſi Ottonus 3. voluit recipere abſolutionem à peccato, depoſita trabea imperiali, pedibus nudis ire ad montem garganum adſtrictus fuit, ubi permanſit in jejunio per quadraginta dies. Qualis autem fuerit pœnitentia Theodoſij ſi in Baſilicam mediolanenſem ingredi voluerit, clare patet ex legenda D. Ambroſij cum dixerit: illi qui ſequtus es errantem ſequere pœnitentem. Idem dicitur de Imperatoribus Lotario & Ludovico ſicut & de quodam Henrico Rege Angliæ, qui in Eccleſia Metropoli Cantuariæ pedibus nudis diſciplinam publicam in remiſſionem ſui peccati humiliter recepit ſed hæc, nunc unico jejunio perfidus homo abſolvitur, & qui accedunt ad confeſſionem cum homicidiis, inceſtibus, & aliis hujus naturæ criminibus, putant eſſe abſolvendos modo ut ambulatorie dicant ſeptem Pſalmos, aut recitent unicum Roſarium. Sed cum iſti Canones pœnitentiales ob imbecillitatem temporis, & fragilitatem generis humani, non ſint amplius in uſu: convenit tamen quamdam regulam eſſe tradendam; quamvis determinatio pœnitentiæ arbitrio Confeſſarij prudentis relinquatur. Tale tamen arbitrium debet eſſe conforme

rationi, ait Sotus in diſt. 18. q. 2. art. 4. conc. 1. Confeſſarius eſt quidam judex ſed ſubordinatus; eſt quidem adminiſtrator juſtitiæ ſed non Dominus. Cum ſolus Deus dicatur talis. Unde certiſſimum eſt Confeſſarium graviſſime peccaturum, ſi pro magnis peccatis pœnitentiam nullius ponderis imponat, quod directe opponitur decreto Tridentini ſ. 14. cap. 8. ubi ſic fatur *Ne ſi forte peccatis conniveant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, leviſſima quidem opera pro graviſſimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur.*

Ut igitur id quod ſupra dictum eſt ad praxim reducatur tanta quantitas operis pœnalis eſſet taxanda, quanta videbitur rationabiliter ſufficiens ad placandam iram dei pro pœna temporali quæ reſtat. (remiſſa culpa per abſolutionem) ſed quia talis quantitas correſpondens eſt ignota Confeſſario, ideo in tali determinatione circa pœnitentem, eſt habenda ratio peccati & finis, propter quem imponitur pœnitentia; quia ſi errat confeſſarius debet eſſe ut ait *D. Chryſoſt.* Homilia 43. in mat. 3. potius *propter miſericordiam rationem reddere quam propter crudelitatem.*

Quod ſi conſuetudinarius, & publicus peccator accedat ad illum animo confitendi peccata, non eſt identidem abſolvendus, ſed variis monitis excitabit illum, quo tollatur ſcandalum per pœnitentias ſtabilitas à Canonibus, & quia Confeſſarius, hic, & nunc ignorare poteſt illas, in tali caſu recurret ad Epiſcopum petendi cauſa Conſilium (innominata tamen perſona ut ſigillum ſacramentale inviolabiliter ſervetur) quia ejus eſt declarare pœnitentiam publicam, qui tamen poterit in ſecretam commutare *Ex Trid. l. 24. cap. 8. de reform. Epiſcopus tamen publicæ hoc pœnitentiæ genus in aliud ſecretum poterit commutare quando ita magis viderit expedire*. Igitur de Conſilio Epiſcopi procedens, quod prius ignorare potuit, facile diſcet ab ipſo, quem Deus Doctorem ſibi conſtituit, quid in tali caſu ſit agendum.

Verum evenire poteſt quod pœnitens ob turpitudinem peccatorum erubeſcat, & ex ſe ipſo ore proprio non audeat illa declarare, ob offenſam ingratiſſimam factam Deo, humiliter deprecando confeſſarium, quod interroget illum. Caveat igitur confeſſarius ſibi ipſi, in tali caſu pœnitentem eſſe indiſpoſitum ad abſolu-

tionem recipiendam, quia confeſſio eſt accuſatio propriorum peccatorum; nam aliud eſt juvare impotentem, aut ignorantem, & aliud juvare indiſpoſitum, qui proprio ore non vult declarare peccatum; ſicque ſincere et impliciter confeſſarius pœnitenti dicere debet, non es diſpoſitus ad iſtud ſacramentum recipiendum, cum propoſitum non habeas ſatisfaciendi tuo muneri, pro quanto ex te ipſo potes; quod tu erubeſcas de tuis peccatis, benè quidem, ſed quod proprio ore nolis proferre, male, verum confeſſarius à pœnitente petere tenetur, a quo tempore fuiſti confeſſ'us, an adimpleveris pœnitentiam an ſit vere contritus de tuis peccatis quibus verificatis poterit audire confeſſionem, pœnitentis, ut ex inde illum abſolvat ſi ſatis habens, & dignus reperiatur.

Pœnitentia tamen multum diminui poteſt, quando pœnitens eſt multum contritus, quia grandis contritio multum de pœna debita aufert, ſicut & tempore indulgentiarum & jubilæi quod magnam partem pœnæ remittit, imo & aliquando totam ſemper tamen eſt imponenda aliqua pœnitentia, ut ſacramentum ſecundum totas ſuas partes remaneat integrum, imò, & quando pœnitens eſt ita imperfe-

ctus, ut timeatur, non accepturum pœnitentiam, vel ſi acceptat non adimpleturum, quando etiam pœnitens eſt ita debilis, vel quia ſenex eſt, vel quia juvenis, tale impedimentum eſt pluſquam ſufficiens ad reſtringendam pœnitentiam ita Tolet. lib. 3. cap. 11. Sâ. v. ſatisfactio, & Leyman de Sacram. pœnit. cap. 11. qui tamen notat, quod quando in hac vita pro graviſſimis peccatis levis pœnitentia imponitur, pro tunc Confeſſarius tales pœnitentes prudenter monere debet, quod qui in hac vita non ſoluit ſuum debitum in integrum, in altera vita ſolvet in rigore juſtitiæ ſcilicet in carcere igneo, ſeu in purgatorio, quia nihil coinquinatum intrabit in regnum cælorum; *Niſi converſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum Cælorum Math.* 18.

Ea de cauſa confeſſarius apprime perſcrutari debet finem propter quem imponitur pœnitentia, quæ non tantum inſeruit ad ſatisfaciendum pro culpis præteritis ſed etiam ad preſervandum à futuris, ſic que pœnitentem obligare poterit, ut tot diebus legat librum ſpiritualem, viſitet unam, vel plures Eccleſias, tot menſibus communicet, ſingulis diebus maxime veſpertinis horis ſuam conſcientiam per

examen exoneret, à conſuetudine & familiaritate improborum ſe abdicat &c. tales enim actiones ſive ſatisfactoriæ ſive præſervativæ, numericè ſunt ſemper determinandæ v. g. ſeptem-jejunia, ſeptem communiones, ſeptem abſtinentiæ. Quod ſi in imponenda pœnitentia Confeſſarius obliget pœnitentem ad ſeptem jejunia, quinque eleemoſinas, tres viſitationes &c. tales pœnitentiæ facile è memoria elabentur, & ad obſervandam talem pœnitentiam, aut animus pœnitenti defficiet aut non paucæ ſollicitudines torquebunt illum: inſuper ſi illam adimpleat in peccato, non peccat coram confeſſario, quia pœnitens confeſſario ſatisfeciſſet & conſequenter coram Deo nullum habebit meritum nec recipiet gratiam ſatisfactioni promiſſam quæ eamdem gratiam præcedere debet ut habeat ſuum effectum ita Caiet. v. ſatisfatio.

Ea de re ſecurius erit quod pœnitentia citius terminetur & confeſſarius debet imponere pro tempore quo pœnitens prævidetur moraliter fore in gratia. Ita Tolet. de pœnit. lib. 3. cap. 11. & Leyman de pœnit. quod tamen eſt intelligendum de pœnitentia ſatisfactoria, utpotè quia eſt pars ſacramenti, non autem præſervativa,

quæ eo ſine datur tantum ut utatur illa tanquam remedio efficaciſſimo ad ſibi præcavendum de peccato.

Unum ſciendum a confeſſario culpam peccati remitti per abſolutionem pœnam vero debitam culpæ per ſatisfactionem quæ eſt ſolvenda, vel in hac vita, vel in purgatorio, quæ quidem ſatisfactio à confeſſario imponenda, tribus modis adimpleri poteſt jejuniis, orationibus, & eleemoſinis ut dictum fuit ſupra. Curet igitur confeſſarius quantum fieri poterit, ut contrarias pœnitentias peccato injungat.

Reſtat modo ſciendum quænam ſit poteſtas confeſſarij, cum in tali tribunali ſit vere judex à Chriſto Domino inſtitutus. *Quodcumque ſolveris ſuper terram erit ſolutum & in Cœlis. Math.* 16. Confeſſarius igitur duplicem habet poteſtatem unam ordinis, quæ conſiſtit in ſola poteſtate abſolvendi, & alteram juriſdictionis quæ à prælatis conceditur circa illorum ſubditos in foro interno, etiam in foro externo, ſi ita illis bene viſum fuerit attamen evenire poteſt quod confeſſarius circa illum qui pedibus illius proſtratus eſt, totalem juriſdictionem exercere non poſſit, ob quædam delicta ſuo ſuperiori reſervata,

Sanchez

Sanches & Suarez de pœnit. dicunt quod ſi habeat neceſſitatem urgentem communicandi, aut dato alio quocumque motivo rationabili poterit illum abſolvere monere debet tamen pœnitentem quod accedat ad illum qui habet talem authoritatem.

Sed dico quod dato quocumque motivo (dempto periculo mortis) prudenter, & ſuaviter pœnitens eſt remittendus ad ſuperiorem, qui exonerabit illum à tali reſervatione, & poſtea accedere poteſt ad tribunal Confeſſionis ut directè ab omnibus peccatis illum abſolvat ita Tolet. lib. 3. cap. 14. & Bonacina cum experientia comprobetur talem remiſſionem pœnitenti magnum cauſare horrorem peccati, & maximum eſſe antidotum ne de cætero ad tale cadat, ob obligationem quam habet reccurrendi ad ſuperiorem. Verum quidem eſt quod in tali occaſione confeſſarius ex motivo charitatis, tale onus ſibi ipſi imponere poſſet, ad petendam authoritatem ſuperioris ſupra talem reſervationem, ut liberet pœnitentem à tali onere oneroſo quod forſan utilius erit illi quam ſi per ſe ipſum peteret,

Quod ſi pœnitens omnia ſua peccata declaraverit cum judicio veri doloris, non

poteſt denegare illi abſolutionem, & denegando magnam illi errogaret injuriam cum abutendo ſua authoritate deneget illi id, ad quod habet jus. *Nolo mortem impij ſed ut convertatur impius à via ſua:* dicit *Deus per Ezech. cap.* 33. Quomodo autem vivet & liberabitur à morte, ſi converſus per verum dolorem abſolutio à Confeſſerio injuſte recuſetur illi?

Sed tota difficultas eſt in cognoſcendo ipſo dolore ob quem datur, vel denegatur abſolutio. Si prudens confeſſarius videat pœnitentem cum propoſito vero & firmo de mutanda vita in futurum, debet abſolvere illum, quia reſolutio præſens emendationis eſt vera materia ſacramenti, non autem futura emendatio, quæ (Deo favente) eſt poſſibilis etiam in inconſtanti, cum gratia Dei in neceſſariis numquam defficiat, quod ſi è contra confeſſario appareat pœnitentem non habere verum dolorem cum efficacitate requiſita de peccatis, ob tyrannicam poſſeſſionem affectuum pertinacium, cum ſuum cor ad Deum ſimpliciter non dirigat, pro tunc abſolutio eſt deneganda, quamvis pœnitens ſe eſſe vere contritum aſſeveret. Ita de lugo de pœnit. diſt. 14. ſeſſ. 10. n 166. quia confeſſarius in iſto tribunali eſt

verus judex, & ad ipſum pertinet judicare, an ſit vere diſpoſitus, nec cæco modo pœnitenti adhærere tenetur, dum dicit ſe eſſe vere contritum.

Sed in hoc ſiſtit totius difficultatis nodus, in ſtabilienda quadam certa regula qua quis poſſit dare, aut denegare fidem illi, qui aſſerit, & promittit de peccatis ſe habere verum dolorem, reſpondeo juxta mentem P. P. ſi talis accuſando ſe de peccatis, exponat illi cum ſigno doloris non ordinario, ſi accedat ad confeſſionem non quod frequenter id faciat, ſed tantum ad perquirendum aliquod remedium, ut ſanetur anima peccatis læſa, & ſi in illo ſit aliqua emendatio, aut ſaltem aliquo uſus fuerit medio ad ſe emendandum, ſi in bonam partem recipiat correctionem preſentem, ſi remedio præſervativo à confeſſario oblato uti velit, illa ſunt ſigna doloris ſufficientis ad recipiendam abſolutionem ita Layman lib. 5. trac. 6. cap. 4. n. 10. quod ſi è contra, in tali pœnitente, aliquid ex ſupradictis nihil ſit, quomodo confeſſarius poterit judicare, talem eſſe contrictum, & quomodo voluntas reputabitur efficax, quæ nullum eligit medium ad conſequendum ſuum finem.

Quod ſi indicia eſſent adeo dubioſa, ut confeſſarius non poſſit ſe ipſum reſolvere ad quam ſe debeat terminare partem, in tali eventu non debet ſimpliciter denegare abſolutionem, ſed modo aliquo ſuavi, & honeſto repreſentare debet pœnitenti, ſe librorum Conſilio indigere, ea de re illum deprecatur quod intra breve tempus cum ferventiori ſigno pœnitentiæ redeat, & interim confeſſarius ſe diſponere debet (lumine divinitus ipſi conceſſo) ad orationes ut poſſit habere à pænitente motivum fortius ad abſolvendum. Imo talis dilatio abſolutionis erit forſan in cauſa cur pœnitentem de facto vere pæniteat de peccatis, videndo malum ſtatum in quo reperitur, & periculum momentaneum damnationis æternæ, quod quidem remedium ab autoribus comprobatur maxime à Bonacina ſupra citato. Et tandem monere debet pœnitentem quod ad aliquem actum pietatis ſe excitet, viſitando aliquod altare invocando SSmam. Dei matrem, transferendo ſe ad prædicationes audiendas, conſolando, & juvando pauperes, & alia hujuſmodi opera quæ pro certo ad verum dolorem de peccatis, & certiſſimam contritionem conducent. Quænam conſolatio ſpiritus afficit illum

eum ſtatim atque erit abſolutus percipiet, ſatis clare rupta eſſe vincula quibus tenebatur vinctus ante confeſſionem, humero ſuo montes emicare videbantur, ſed abſolutione recepta ſentit ſe ab omni onere liberatum.

---

§. III.

Quomodo confeſſarius ſe gerere debet circa illos qui ſunt in occaſione proxima peccati.

COgnitio occaſionis proximæ peccati eſt tanti ponderis, ut nullus poſſit abſolvi, niſi deſerendo peccatum, ſimul, & deſerat occaſionem illius: res enim eſt maximi momenti & à confeſſario abſolute cognoſcenda, ut licite, & valide abſolvere poſſit pœnitentem in tali occaſione poſitum. Illud enim dicitur occaſio proxima peccati quod inducit ad peccatum, vel quia ex ſua natura trahit pænitentem ad peccandum, vel quia pœnitens ita ſolitus eſt peccare, ut confeſſarius rationabiliter judicare valeat talem pravum habitum, nullam dare ſpem reſipiſcentiæ.

Si pænitens igitur eſt conſtitutus in proxima occaſione peccati quæ ex ſua natura illum inducat ad peccandum, non eſt abſolvendus, niſi de facto, & actualiter talem infamem occaſionem deſerverit, quales ſunt, aſpectus, tactus, convictus, geſtus inhoneſti &c. niſi deſerere, verè promitat tales; & quamvis de facto promittat, ſi alias promiſerit & non ſe emendaverit, Confeſſarius tenetur differre abſolutionem, donec ſit illi notum aliquo modo eſſe emendatum. Quod ſi tamen confeſſarius videat dilationem poſſe cauſare ſcandalum aut ſit periculum pænitenti infamiæ, pro tunc poteſt illum abſolvere, modo ut cognoſcat pænitentem vere contritum, & realiter promittat ſe, Deo favente, talem occaſionem derelicturum. Ideo ordinare debet illi, quod ſolus numquam reperiatur cum tali perſona, eum obligando ad aliquas orationes faciendas, ad refrenandos corporis ſenſus, ad Macerandam carnem, maximè quod frequens ſit in tribunali confeſſionis, quod ſi pænitens hilari animo tales acceptet conditiones, poterit illum abſolvere etſi poſtea facta diligentia à Confeſſario, aut ab alio quocumque pro cedenti non fuerit emendatus, nullo mo

do eſt audiendus, donec vere, & realiter ab hac occaſione ſe abſtraxerit.

Quod ſi pænitens ſit conſtitutus in 2. occaſione peccati, id eſt reſpective ad perſonam, quamvis enim actio ex ſe ſit licita, attamen ſi ex tali ſequatur peccatum rationabiliter preſumitur pænitentem incidere in idem peccatum ſi perſeveret; in tali frequentatione, ſicut ante ac. Ideo debet pœnitens, pœnitus tale exercitium deſerere, aut ſi exercere velit, faciat juxta regulas timoratæ conſcientiæ, quo deſſiciente non eſt abſolvendus donec comprobetur fuiſſe emendatum, v. g. magiſtratus qui jurant multa obſervanda quæ tamen non obſervant, ſenatores, advocati, procuratores, &c. qui in damnum clientium faciunt injuſtitiam contra illorum propriam conſcientiam, mercatores qui uſurarie & fraudulenter habenas laxant, vendendo merces pejores, & juramento confirmant eſſe meliores, aut vendendo unum pro alio, & quod pejus eſt, vendendo ſupra rigoroſum pretium dicentes merces multo carius emiſſe quam offertur quod tamen in gratiam ementis id faciunt, ſicque aſtutiis & mendaciis confirmant id quod aſſeverant: multi opifices potius operibus ſervilibus

quam cultui divina vacant, nec etiam verbum Dei audiunt, in tali modo illorum familiam pravis moribus inficiunt; & ſic evenire poteſt; quod in talibus exercitiis in peccatorum norma perpetuo direxerunt. Tales igitur non ſunt reputandi Capaces abſolutionis niſi prius aliqua diligentia fuerit interpoſita, ad illos ex tali occaſione liberandos. Quod ſi confeſſarius diligentiam accuratam faciat, aliquos ex iſtis inveniet, qui numquam hucuſque bene confeſſi ſunt peccata, & ut remedium in re tanti momenti afferatur, illis conſulenda eſt confeſſio generalis, quo pacto de illorum emendatione poterit eſſe magis certificatus.

Quod etiam verificatur de opificibus inter quos multi circa opera manualia ita ſunt implicati, ut ad cultum divinum haud quaquam ſe applicent, nulloſque cultui divino honos habetur, & quod pejus eſt, eadem prorſus ratione propriam familiam ad id evehunt; ea de re evenire poteſt; quod iſti in talibus functionibus & exercitiis, in peccato mortali continentur vixerunt, qui tamen non ſunt reputandi capaces abſolutionis à confeſſario, imo potius ſi prudens confeſſarius attente ſcrutetur, deteget talem pœniten-

tem:

tem numquam ſua peccata bene confeſſum fuiſſe.

In talibus operationibus, & exercitiis potiſſimum Confeſſarius debet eſſe attentus, in quibus nulla neceſſitas, & utilitas reperitur, & ſi non trahant ſecum peccatum; attamen facil[illegible], & ut plurimum inducunt ad peccatum quales ſunt illi qui ſaltatoriis inſerviunt ludis, in cauponis Crebro verſantur, res ſacras ſacrilegis dictis violant: ſi pœnitens velit ſe à talibus dimovere, & ſerio non promittat ſe tales & ſimiles occaſiones, Deo ſublevante, derelicturum, non eſt abſolvendus. D. D. tamen dicunt, quod ſi bis aut ter promiſerit, & non ſe emendaverit ab illis, abſolutio eſt differenda donec ex apertis indiciis confeſſarius proſpiciat tales occaſiones pœnitus dereliquiſe.

Caveant maxime confeſſàrij, ne abſolvant illos, qui contractibus illicitis dant operam, cum non ſolum jure divino, ſed naturali ſint prohibiti, niſi prius reſcindant illos, facta priùs circa læſos debita ſatisfactione; quod ſi tales contractus eſſent dubioſi ſufficientem prædam dando ad ſtandum in eo quod fuerit adjudicatum, pro tunc, & illum poterit abſolvere, & ad Sacram menſam com-

P

municandi cauſa accedere.

Nec etiam ſunt audiendi illi in ſacramento pœnitentiæ, quamvis ſit tempus Jubilæi, qui non notificarunt ea quæ ſciebant in damnum tertij, ob monitorium, ſive à Papa ſive ab Epiſcopo laxatum, niſi prius notificaverint, & debitam ſatisfactionem dederint, ob damnum ſubſequutum tertio, non data, tempore, loco que, vera notitia eorum, quæ omni jure ſignificare tenebantur.

Aſt difficultas ſiſtit in ſtabilienda certa regula, ut à pœnitente hæc occaſio proxima peccati radicitus avellatur, potiſſimum dum adeſt quaſi moralis impoſſibilitas ad illam adhibendam; in tali caſu quaſi omnes. D.D. conveniunt totum præmanibus, prudentis confeſſarij eſſe remittendum, qui cum æquilibrio ſtateræ ponderare debet damnum, quod quis pati poteſt in bonis ſpectantibus ad animam Præceptum igitur de deſtruenda occaſione peccati à lege naturali eſt inditum, ut minuantur peccata non autem ut augeantur. Verum ſi confeſſarius reperiatur in medio peccati, & occaſionis illius, multo ſatius illi erit ſi recurrat ad Dominum Deum, & dicat illi cum Salom. *Da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam ut in*

æquitate & juſtitia recta, judicem, ne nimis auſterus ſim nec etiam indulgens ſapient. 9. in dubiis tamen pars rigoroſa potius eſt eligenda, quia ut dictum fuit ſupra favorabilior pœnitenti, remitendo illum donec aliter. Quod eſt conforme decreto Alex. VII. prop. 41. quæ huc uſque ſunt dicta pro pœnitentibus, qui à talibus occaſionibus ſe ſubtrahere vellent ad abijciendum peccatum, pluſquam ſufficiunt. Sed heu, audio aliquos dicentes, non poſſum, quia inde oriretur ſcandalum, & pravum exemplum præberetur populo, dimittendo famulam hanc, & pænitus neceſſariam mihi, cum pauciſſimæ quæ fideliter inſerviant, inveniantur, alij vero perhibent, quid faciam, ſi tale negotium derelinquam, quod mihi præbet modum familiam meam paſcendi, nonne etiam reſpondent, non poſſum? melius enim reſponderent ſi dicerent, nolo, alij vero confeſſarium onerant promiſſis quod occaſiones apud ipſos erunt ſepultæ, ſed vix à tribunali confeſſionis receſſerunt quod reincidunt. Dico igitur confeſſarium non debere aures præbere nec credere talibus pœnitentibus, niſi de facto ab occaſionibus totaliter ſe ſubtraxerint. Nam communi fertur adagio: extrahenda eſt ſagitta

antequam curetur plaga: obſides ſunt dandi antequam pax cum hoſtè contrahatur. Ad ſacrificandum templo abominationes ſunt prius purgandæ. Ea de re antequam abſolvatur peccator tollatur occaſio, cum elapſa feſtivitate paſchatis, alium novum paſcha expectabit, ut ſe præſentet alteri confeſſario, minus experto, qui identidem illum abſolvet, & ſic quamvis promittat, aut alteri promiſerit eſt dimittendus nec abſolvendus donec aliter.

Confeſſarij debent eſſe rigidi potiſſimum circa peccatores publicos, quibus abſolute quorumcumque Sacramentorum receptio eſt prohibenda, propter ſcandalum datum publico, quia peccatum publicum peroptat converſionem publicam, alias populus juſte ſcandalizaretur: nonne Chriſtus dicit? *Nolite ſanctum dare canibus Math. 15. & Marci 20. non eſt bonum ſumere panem filiorum & dare canibus.* Unum tamen eſt ſcitu neceſſarium à confeſſario, quod ex publicis peccatoribus, aliqui ita poterunt eſſe contriti, ut nullo modo dubitari poſſit de illorum converſione, in tali caſu abſolvendi in foro poli, ſed cætera ſacramēta non poſſunt recipere donec ab improba peccandi conſuetudine, notum ſit notorietate facti revocaſſe, alio-

quin eſſet error pejor priore.

Sed menti meæ multum inopinatum eſt circa quoſdam confeſſarios, qui ſtatim atque audierunt concubinarium, latronem, mæretricem &c. dicentem, quoad fieri poterit me emendabo à peccatis: nec ultra tendunt, ſed idemtitem, elevando manum dicunt, abſolvo te, tantum abeſt quod introducant illos in viam ſalutis, imò potius illos in novos labyrintos præcipitant. Prudens ergo confeſſarius talia genera pœnitentium ad tempus remittere debet; quod ſi ad illum redire nolint (ipſi in iniquitate morientur) fateor equidem confeſſarium in tali munere obeundo, negotium moleſtum & oneroſum ſibi imponere, habeant præ oculis monitum Dei. *Noli quærere fieri judex niſi valeas virtute irrumpere iniquitatem* ? *Eccl.* 70. Nec minæ quorumdam peccatorum terrere debent illos, nec illorum lachrimæ. *Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti & diſpenſatores miniſteriorum Dei.* 1. *Chorin.* 4. Notent igitur confeſſarij iſta verba & omnia quæ in iſto. §. 3. ſunt dicta.

§. IV.

Quomodo confeſſarius ſe gerere debet circa pœnitentes ad deſtruendam illorum ignorantiam.

THeologi dicunt omnem peccantem eſſe ignorantem, quæ quidem ignorantia duplex eſt, una contra pœnitentem, altera vero in favorem illius. Confeſſarius igitur ſolertia medicorum debet uti erga infirmos dormientes. Si medicus videat ſomnum eſſe infirmo ſolatium, reſtauratrice ſenſuum, ſpirituum vitalium, & membrorum corporis ſolamen, nullum ab ipſo cauſatur impedimentum imo magis ac magis fomentis reficit. Quod ſi è contra infirmus lethargo peſtifero ſit affectus, omnem conatum parat ad illum avertendum à ſomno; & ad extrema remedia devenit etiam utendo ferro, & igne. Hoc fere modo confeſſarius agere debet circa pœnitentes ignorantes, quod tamen poteſt eſſe in bonam partem illorum, quodque in matrimonio invalido proſpici poteſt, ob impedimentum Cano-

nicum ab eodem pœnitente ignotum, in tali cæcitate relinquere debet illum, ajunt Sanchez de matrimon. lib. 2. diſp. 38. de Lugo de pœnit. diſp. 22. ſect. 2. quia oculi illius aperirentur ad videndum malum quod neſcire debet.

Unum tamen notandum cum P. Campione cap. 51. part. 2. n. 10. quod quando confeſſarius à pœnitente conſultus dubitat de impedimento, ſumet ſpatium ad conſulendum peritiores, quo dubio durante admonebit pœnitentem ne petat debitum ſed tantum reddat: ſi vero ut certum à paucis diebus cognitum (elapſis antecedenter multis annis matrimonialibus) proponatur impedimentum talis nec poteſt petere nec reddere debitum, quamvis conjux illius validum credat matrimonium, quia ubi matrimonium non eſt validum omnis copula eſt fornicaria. Quod igitur à Sanchez & de Lugo citatis dicitur nulla ratione deffendi poteſt, dum dicunt oculi pænitentis aperirentur ad videndum quod neſcire debet. Sicque ad ſeparationem lecti (imo & Thori ſi neceſſe ſit) obligare illum debet, & ad promptum remedium, ad ſanandum illum. Confeſſarius igitur ex motivo charitatis procurare illi debet quam citius diſpenſatio-

nem à legitimo ſuperiore, & ſtatim atque illam præ manibus habebit, monendus eſt quod ſalus ejus erat in extremum redacta ob tale impedimentum.

Alios vero inveniet qui ſe peccatis indormierunt, principium illorum damnationis æternæ incipit à tali ſomno, talis enim debet expergefacere ad impediendum ne pereant in propriis peccatis. Sed aliquando evenire poteſt quod pœnitens erit in dubio, an ipſius peccatum ſit in materia gravi data quacumque diligentia poſſibili, ſi non poſſit ſeipſum vincere, erit in ignorantia craſſa, & aliquando pænitens quamvis veritatem præ occulis habeat, claudit illos ut non videat, quo pacto erit in ignorantia affectata. Nonne in tali caſu confeſſarius declarare debet talem ignorantiam eſſe vincibilem, & dignam morte æterna, & conſequenter indignum gratia Dei quamdiu in tali ſtatu manebit. Ita Sanchez & de Lugo citati.

Tribus modis ignorantiam pœnitentis dignoſcere poteſt confeſſarius, aut circa myſteria religionis, aut quando pænitens ſine dolore confitetur, aut circa præcepta naturalia.

Quantum ad 1. conſiſtens in ignorantia

miſteriorum fidei noſtræ, quæ à quolibet Chriſtiano ſunt dignoſcenda Theologi inter ſe non conveniunt; Molina 1. p. q. 1. art. 1. diſp. 2. Valentia 2. 2. q. 2. Punt. 4. Sanchez in decalogum lib. 2. cap. 2. dicunt neceſſariam eſſe explicitam cognitionem myſteriorum SS^mæ^. Trinitatis & Incarnationis Domini N. J. C. fundati in verbis Chriſti Domini, *Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum verum & quem miſiſti Jeſum Chriſtum Joan.* 17. Caſtro palaus trac. 4. pont. 2. Coninch diſp. 121. dub. 9. n. 163. & ſotus in 4. diſt. 5. q. unica art. 2. dub. 1. dicunt talem cognitionem eſſe tantum neceſſariam neceſſitate præcepti & ſic qui inculpabiliter eſt inſcius, & adhuc ſalvari poteſt.

Si confeſſarius velit 1am. ſequi opinionem, certum eſt quod pænitens, ſi ignoret talia myſteria, non eſt abſolvendus. Si 2am. difficili negotio ſe implicat, quia talis ignorantia ut plurimum eſt culpabilis, cum ob brevitatem temporis non detur locus illos erudiendi, nam ut plurimum tales ingenio parum valent, attamen illos vacuos non debent derelinquere in iſtis anguſtiis. Mihi videtur ſecurius ſi eoſdem inſtruat meliori modo quo poterit, adſtringendo illos ad frequentandas

Eccleſias diebus dominicis ubi doctrina Chriſtiana edocetur, niſi paſtores Eccleſiæ ſint de genere illorum de quibus loquitur Propheta *Os habent & non loquentur Pſal.* 113. in tali caſu confeſſarius alio remedio uti poſſet quod recurrant ad inteligentiores parrochiæ ut ipſos inſtruant circa tales feſtivitates occurrentes, & tali modo ad intelligentiam miſteriorum pervenient aut ſaltem ſatisfacient obligationi quam habent de aſſequenda veritate.

Molina Valentia, & Sanchez citati dicunt ut ſupra explicite teneri quod etiam infertur ex D. Thom. 2. 2. q. 2. art. 5. in c. *Quantum ergo ad* 1. *credibilia quæ ſunt articuli fidei tenetur homo explicite credere ſicut & tenetur habere fidem & art.* 8. *in corpore miſterium incarnationis Chriſti, explicite credi non poteſt ſine fide Trinitatis* unde ex Sancto Doct. infertur fidem de SSma. Trinitate, Incarnatione D. N. J. C. Symbolum Apoſtolorum, Pater noſter, Ave Maria, & præcepta decalogi eſſe neceſſaria neceſſitate medij utpote fundamentum religionis noſtræ. Per Symbolum ſtabilitur fides, *per Pater noſter* Corroboratur ſpes, & per decalogum inflammatur charitas, ſine quibus nullus poteſt conſequi

ſalutem æternam; nec ſufficit credere implicite, ut quidam decantant dicentes: Credo quidquid credit Sancta Romana Eccleſia, & paratus ſum pro his dare vitam. Nam talis fides implicita non juvat ad ſalutem conſequendam niſi adſit fides explicita non juvat ad ſalutem conſequendam niſi adſit fides explicita de ſupra numeratis; & ſi quis confeſſus eſt ſua peccata cum tali ignorantia invalide omnino confeſſus eſt. Poſito igitur quod talis ſit invincibilis excuſat quidem à ſacrilegio non validat tamen confeſſiones quamvis à peccato excuſet cum non habeat diſpoſitiones à Chriſto requiſitas ad receptionem Sacramentorum.

Quod ſi ignorantia ſit vincibilis nullo modo excuſatur & à ſacrilegio & à peccato, & conſequenter omnes confeſſiones factæ ſunt invalidæ ut patet de illo qui a primæva ætate parentibus deſtituto, ad ſtatum paſtoris ovium fuit redactus, qui vix, quolibet menſe Eccleſiam adire poteſt, ut miſſam audiat, adſtrictus à ſuperioribus continenter aſſiſtere gregi, nec habuit locum audiendi myſteria fidei à parrocho qui tamen pluries monuit ignorantes, ut myſteria hæc die ſibi commodiori in hæbdomada addiſ-

cendi cauſa accedant. Exinde infertur talem ignorantiam eſſe vincibilem, cum poterat & debebat adhibere diligentiam ut tempore opportuno ſe præſentaret parrocho qui tenetur ad id ex officio.

Confeſſiones igitur talis pænitentis ſunt invalidæ ſi non ſe accuſat de tali ignorantia de qua nullo modo ſe excuſare poteſt: non tantum igitur peccavit ſacrilegè ſed etiam ſi receperit ſanctiſſimum ſacramentum. Ideo confeſſarius adſtringere debet illum ad confeſſionem generalem faciendam tot confeſſionum, & receptionum ſacrilegarum SSmi. Sacramenti; & antequam abſolvat, & dimittat pænitentem inſtruere debet illum circa actus fidei, ſpei, & charitatis, ad eorumdem ignorantiam expellendam, utpote quia tales actus ſunt neceſſarij neceſſitate medij. Actus fidei tangit revelationem factam à Deo Eccleſiæ Catholicæ: actus vero ſpei fundatur in omnipotentia & miſericordia Dei cum ejus gratia & operibus noſtris quæ ſunt media ad conſequendam ſalutem æternam: actus autem charitatis demonſtrat ſummam Dei bonitatem tanquam rationem motivam qua elargitur gloria æterna.

Confeſſarius igitur ſcire dabet tanquam doctor ut inſtruat ſuum pœnitentem, quæ

nam ſunt credenda explicite & quænam ſufficiunt ad credendum implicite. Primum continetur in ſymbolo Apoſtolorum in quo omnia myſteria religionis noſtræ continentur ſcilicet unitatem Dei, & Trinitatem perſonarum, incarnationem Chriſti Domini, Paſſionem, Reſurrectionem, & Aſcenſionem, quæ omnia ſunt neceſſario credenda explicite, neceſſitate medij ad conſequendam ſalutem, & ſine quibus nulla datur ſpes ſalutis. Quod ſi pænitens ignoraret illa, confeſſarius non poteſt abſolvere illum & abſolvendo invalide facit. Cætera vero de quibus datur fides implicita quamvis ignorentur à pœnitente poteſt abſolvi, & conſequenter ſalvari. Talis autem fides implicita conſiſtit in iſto actu. *Credo quidquid credit Sancta Romana Eccleſia & ſum paratus pro his dare vitam:* Talis inquam fides implicita pænitentis conjuncta cum fide explicita Trinitatis & incarnationis ſufficit ad recipiendam abſolutionem modo ut cætera requiſita inveniantur.

Quantum ad ſecundum conſiſtens in ignorantia confitendi peccata ſine dolore, ex peccatoribus multi putant ſe ſatisfacturos confeſſioni declarando illorum peccata, nec teneri ad dolorem, aut

emendationem exiſtimando Chriſtum Dominum per ſua præcepta obligaſſe tantum ad ſolam declarationem peccatorum confeſſario, & illorum aſſidua intenta, quæ cura eſt tantum ad dinumeranda peccata, & ad dolorem minime cogitant. Hic error eſt deplorandus cum iſtud Sacramentum reddatur illis inutile. Confeſſarius ergo debet illos excitare ad dolorem ſicut & illos admonere, eſſe de neceſſitate quam quiſquis in futurum, habere debet. Nam pænitens ſine dolore efficaci aſſimilatur corpori inanimato, & ſic accedens ad tribunal confeſſionis potius attendere debet ad ipſum dolorem quam ad examen peccatorum quamvis utrumque ſit neceſſarium.

Sed quod erga pænitentes magis irretit confeſſarios, eſt peccatum omiſſionis quod pro certo eſt periculoſius aliis omnibus. Fertur de Carolo. V. Imperatore optando confiteri peccata coram parrocho certi opidi per paululum cognito, quamvis vere non minus eſſet ſapiens quam rerum piarum benè pæritus, terminata confeſſione dixit illi (dixiſti peccata Caroli, dicas nunc peccata Cæſaris) ſignificando illi cum eſſet homo ſub cujus imperio quaſi totus mundus ſubjacebat, mirabatur quod

tamquam perſona privata confiteretur peccata, ideo debebat etiam confiteri peccata quæ reſpiciunt dignitatem Cæſaream; qualia ſunt bellica negotia, tributorum receptiones, electiones magiſtratuum, remunerationes, pœnarum inflictiones &c. quæ omnia inducere poſſunt principem in errorem, & quamvis eſſet ſingulari intelligentia dotatus, poterat tamen defficere, quia erat mortalis. Idem dici poteſt de multis pœnitentibus, qui dicunt peccata Caroli, ſed non dicunt peccata cæſaris id eſt proprii ſtatus.

Quod clare videtur exemplo Sacerdotis cum Cura qui ſe accuſat de quadam impatientia, murmuratione, mendacio &c. ſed non dicit ſe ſacrificium Miſſæ cælebraſſe clare, diſtincte, & religiosè, pauciſſimam habere curam illorum qui ſunt ſub illius gubernio, nec etiam dicit ſe male redditus Eccleſiæ conſumpſiſſe & in divitias parentum provehiſſe, cum juxta ſacros Canones ſuperfluum in ſuſtentationem pauperum ſit inſumendum, nec dicit etiam ex eo tempore quo fuit factus parrochus ad prædicandum forſan nec os apperuiſſe. Nonne minas Dei factas populo Iſraelitico pertimeſcit *Væ paſtoribus Iſraelis qui paſcebant ſemetipſos, gregem autem*

meum non paſcebant Ezech. 34. unum ſcire debent, jure divino teneri propriarum ovium habere curam recordetur quæſo parabolâ Chriſti Domini *Quis ex vobis qui habet centum oves ſi perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deſerto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inveniat eam & cum invenerit eam, imponit ſuper humeros: gaudens Luc.* 15. nonne Chriſtus dicit etiam Petro *paſce oves meas Joan.* 21. & per illum aliis omnibus qui curam animarum habent; qui tamen tantum abeſt, quòd devios inquirant ſi ad illos accedant, imò potius verbis ruſticis expellunt dicendo; ſum impeditus, aut infirmus: quod dicitur de illis qui Curam animarum habent ratione beneficij & dicitur etiam de ſcholarum magiſtris, de patribus familias de magiſtratibus, de ſupremis principibus, qui confitendo peccata dicunt quidem peccata Caroli ſed non peccata Cæſaris; ea de re confeſſarij apprime monere debent ſuos pœnitentes de eorumdem ſtatu.

Tales tamen admonitiones ſemper debent eſſe in favorem pœnitentis; prædicator concionando publice enuntiat ſemper veritatem, etiamſi videat nullum fructum futurum, ſemperque inſtat *Oportunè*

&

& importunè ut ait D. Paul. Sed confeſſarius qui docet in particulari ſi videat tales monitiones pro tunc non eſſe ad rem, tempus admonitiones faciendas acomodabit. Si dubitat de fructu ſubſequturo, & de damno cauſando pœnitenti, ob tales monitiones, debet in partem favorabiliorem ſe vertere: quod ſi ſpes timori prævaleat finita confeſſione, & data abſolutione monitiones erunt faciendæ. Ita Sanchez citatus & Arriaga de pœnit.diſp. 43. ſeſ. 4. quod ſi pœnitens dubitando de veritate ut tollatur dubium requirat à confeſſario, totum eſt illi patefaciendum, etiam ſi prævideat nihil profuturum, imo potius nociturum, alioquin non ſolum permitteret errorem, imo potius approbaret, quod numquam licitum eſt, in tali caſu veritas pedetentim eſt aperienda, nec aliud quærat confeſſarius quam juxta petitum v. g. quidam pœnitens ſe alligavit matrimonio, qui tamen antecedenter fecerat votum caſtitatis, & petit ab illo, an illius matrimonium ſit validum, reſpondere debet affirmativè. Et non plus ultra, quod ſi petat conſequenter an poſſit uti actibus conjugalibus. Reſp. affirmat. caveat tamen ne dicat illi quod poſſit petere ex eo infertur, quod confeſſarius lente,

reſpective ad pœnitentes, ſe gerere debet ex iſto confeſſarius diſcere debet, quod quando cæcitas peccatoris eſt illi damnoſa, ſine hæſitatione manifeſtare debet, quod ſi ècontra; non debet, quia manifeſtando peccatori, dari poteſt occaſio facilius cadendi, ſcopus igitur confeſſarij eſt ſumma prudentia.

Quantum ad 3. quod conſiſtit in ignorantia, potiùs circa præcepta naturalia, quam poſitiva, quia in illis frequentius invenitur, & quando re ipſa reperitur per multum tempus durabit; ea de cauſa confeſſarius debet illis notificare errorem in quo ſunt abſorpti pœnitentes, ita Sanchez in decal. lib. 1. cap.... Azorius lib. 1. cap. 13. Henrichez. lib. 3. cap. 17. ideo confeſſarij multum debent eſſe cauti in credendo, quando juvenes dicunt, illos huc uſque ignoraſſe, mollitiem eſſe peccatum, quia major pars illorum dubitat, & minime pendebant petendi cauſa conſilium, ne dubium vinceretur. Exinde ſequitur talem ignorantiam eſſe voluntariam, & conſequenter peccaminoſam quod ſi verum ſit numquam notum fuiſſe teneri ad confitendum talem mollitiem, nullo modo debet confeſſarius adſtringere illos ad repetendas confeſſiones antea factas, ſed

tantum examinare tempus à quo in his impuritatibus fuerunt immerſi, & circiter numerum peccatorum: ita Suarez & alij citati.

Caveant tamen confeſsarij, ne nimis facile in talem materiam ſe conjiciant, dicentes dari poſſe ignorantiam invincibilem circa mollitiem in adoleſcentioribus, quod ſi dicant operari quidem contra lumen rationis cui formaliter repugnat, non tamen contra legem Dei quam ignorant pro certo incident in peccatum Philoſophicum damnatum ab Alex. VIII. propoſ. 2. & ab Inn. XI. prop. 49. ubi ſic habetur *Mollities jure naturæ prohibita non eſt, etſi Deus eam non interdixiſſet, ſæpe eſſet bona, & aliquando obligatoria ſub mortali.*

Huc uſque ſatis ſuperque de ignorantia pœnitentis confeſſarius tamen ſibi cavere debet, an etiam in eadem ſit involutus; quamvis medicus infirmus, alios curare poſſit; confeſſarius tamen ignarus, peccatis pœnitentis mederi non poteſt, quia applicatio remedii ſupponit cognitionem infirmitatis. Quomodo igitur confeſſarius poteſt cum non cognoſcat illam?

§. V.

Quibus remediis uti debet Confeſſarius ad refrænandam duritiem cordis, ſicut & blaſphematores.

ILluminato igitur intellectu per expulſionem ignorantiæ, ſequitur quod quæratur modus inflamandi voluntatem, ut totaliter deſtruatur duritia cordis, & hoc eſt unum cui potiſſimum confeſſarius attendere debet, ut medicus animæ pro quo ex duplici motivo eſt notificanda illi malitia peccati, ſcilicet ex parte Dei, & ex parte peccati.

Quantum ad primum 1. Commonefacere debet injuriam quam peccatum affert in Deum, cum ipſe peccator ſibi totaliter peccato complacere voluit, quamvis lege divina ſit prohibitum.

2. Ingratitudinem peccatoris qui non dedignatur peccare & ſi tanta receperit beneficia, & naturæ, & gratiæ, communia & particularia, publica, & ſecreta, ea omnia parui facit, quaſi vero Deus non poſſet annihilare illum, aut relinquere in

manu Conſilij ſui, & in eodem inſtanti in infernum præcipitem deijcere. 3. injuriam horrificam factam redemptioni D. N. Jeſu Chriſti qui pro omnibus peccatoribus, & pro ipſo in particulari Crucifigi voluit: ignorat ne peccator per ſuum peccatum de novo Chriſtum Dominum Crucifixurum? *Rurſus Crucifigentes ſibimetipſis Filium Dei. Ad Romanos 6.*

Quantum ad 2. nonne peccator videt ob peccatum 1. perdere gratiam Dei, ſine qua nulla eſt ſpes ſalutis ſic S. Aug. tract. 72. in Joan. Sanctus Thom. 1. 2. q. 113. art. 9. ad 2. *Bonum gratiæ unius majus eſt, quam bonum naturæ totius univerſi. Salus animæ in ſanctitate juſtitiæ melior eſt omni auro & argento Eccleſ.* 3. 2. ob voluptatem momentaneam amittit jus ad gloriam æternam. 3. ob incertitudinem mortis quæ de momento in momentum evenire poteſt. 4. nonne pertimeſcere debet judicium Dei quod ſubterfugere non poteſt, & citius veniet quam putat, *Viri mali non cogitant judicium. Proverb.* 28. 5. Nonne etiam æternitatem tormentorum infernalium, ſervitutem lachrimabilem ſui ſtatus, cum ſe captitivum voluntarie dederit diabolo pertimeſcere debet? Confeſſarius igitur patefacere debet pœnitenti, quo

plus manebit in peccato, eò difficilius ſe liberabit ab illo, pravus habitus augetur, intellectus excæcatur, & voluntas inermis redditur, gratia Dei expellitur, & diabolus omnimode ſibi in peccatorem arrogat. ex inde inferre debet, ſi peccator frequenter reincidat, privatur ſe ſpe ſalutis æternæ, loquendo moraliter, & Deum ita indignat, ut illius amplius non recordetur, & forſan eveniet quod nec tempus, nec locus dabitur illi ad confitenda peccata, aut ſi detur defficiet dolor requiſitus ad Sacramentum pœnitentiæ valide recipiendum, omnia iſta motiva nonne deberent eſſe pluſquam ſufficientia ad movendum peccatorem ad pœnitentiam,& ad deſerendum peccatum? Scio enim multos inepte fari, faciam peccatum & poſtea confitebor. *Altiſſimus enim, eſt patiens redditor Eccleſ.3.*

Fateor equidem indulgentiam quorumdam confeſſariorum multorum peccatorum cauſare ruinam, quidam homo nobilis fortuito repertus Romæ, à celebri Theologo petiit an ubique terrarum peccata eſſent æqualia; Reſpondit Theologus nonne Deus ubique eſt æqualis: nobilis inſurgit dicendo: in Polonia confeſſarij parui faciunt peccatum ebrietate &

in his partibus, ubi vinum abundat, reputatur infamis, & reus crimine majeſtatis divinæ, in Polonia adulterium ita deteſtatur, ut confeſſarius, pœnitentem audire nolit, & Romæ peccatum carnis pro nihilo quaſi habetur, ex iſtius nobilis inquiſitione videtur correctiones obſequioſas confeſſariorum pœnitentibus factas, quam grave damnum cauſat illis, ex eo quod libere non correxerint illos. Confeſſarij igitur debent facere correctiones utpote ſimpliciter neceſſarias, & peccat qui non facit illas, *Qui increpationes relinquit errat pro.* 10.

Circa igitur correctiones faciendas, confeſſarius duo maxime obſervare debet, & tempus, & perſonam; quantum ad tempus monitiones ſunt faciendæ finita confeſſione ne pœnitenti detur occaſio cætera peccata tacendi, nam illi daretur locus, venenum peccati quod erat in ore ad evomendum, ut in ſthomacum reinducat. In hoc enim caſu Joſuë imitari debet circa infamem Acham ad ſuum delictum ore proprio patefaciendum. *Fili mi da gloriam Domino Deo meo Iſrael, & indica mihi quid feceris, ne abſcondas.* Perfidus ille ſuum peccatum faſſus eſt dicendo *Vere peccavi & ſic & ſic feci*; & ſtatimatque ſe talis de-

licti fuiſſe authorem profeſſus eſt., Joſue ſermonem alio tranſtulit, non tamquam Pater, ſed tamquam judex ait illi. *Quia turbaſti nos, exturbet te Dominus in die hac. Joſue 7.* ideo confeſſarius ad exemplum Joſue circa pœnitentem ſe conformare debet non ad illum exterminandum ſed ad acriter & ſevere redarguendum.

Verum tria ſunt genera perſonarum, quas efferare non debet; quales ſunt puſillanimes, quia periculum eſſet ne illis deſperationem de propria ſalute iniiciat. 2. contriti, quia qui ſummo jure cum aliquo agit, eſt velle irrumpere ad urbis oppugnationem circa illum qui offert claves, ut victori ſe ſubmittat. 3. præditi magna dignitate quia ut tales habent judicium accutiſſimum ideo honor maximus eſt habendus illis quo quis à propoſito deflectit ſi id efficiatur, id accipiunt in contumeliam talis modus agendi ſevere, pro agreſtibus, & illis qui in peccato obfirmati ſunt, eſt ſervandus. Circà quos ſequenda ſunt veſtigia Apoſtoli *increpa illos dure ut ſani ſint ad tit. 1.* caveat tamen confeſſarius ne zelus illius commoveat peccatum animi ægre ferentis; ſed potius divini cultus amorem, ac ſtudium habeat, & quamvis apparenter talis videatur,

tur, cor tamen illius omnino ab eo dimoveatur.

Fateor equidem confeſſarium ad correctiones faciendas debere potius ſe præbere docilem quam ſeverum. Nolo tamen dicere quod confeſſarius imitari debeat illos, qui ob urbanitatem quam habent erga peccatores, mellita verba in ore habent, ſtatimque illos abſolvunt. Ex quo fit quod de tali Urbanitate ſæpe ſæpius queruntur, de novo certa peccata confitentur quod tamen non facerent ſi illos ſevere, & verbis graviſſimis objurgaſſent. Forſan eveniet quod pœnitens admonitiones confeſſarij variis rationibus ſubterfugiet, in tali caſu ſolerter agere debet, ut grate pœnitentiam ab ipſo imponendam acceptet, cum tamquam nihil reputare debet illam reſpective ad meritum ſui peccati: conſulendus eſt pœnitens quod ſuas præces ad Deum dirigat, ut illum audiat cum dempta prima gratia, cætera auxilia à divina providentia collata ſolis præcibus, & orationibus concedantur. Nam. *D. Auguſ. de dogmatibus Eccleſiaſticis cap. 36. ait: nullum credimus ad ſalutem niſi Deo invitante venire, nullum invitatum ſalutem ſuam niſi Deo auxiliante operari, nullum niſi orantem auxilium promereri.* Talis enim eſt ſtilus cu-

riæ cæleſtis, quæ non concedit niſi rogantibus. Cardinalis Palavic. in act. perfect. l. 2. c. 1. & Suarez citatus cap. 18. dicunt quibuſdam peccatoribus obcæcatis & induratis in peccato deficere non ſolum gratiæ efficacis auxilium ſed etiam ſufficientis, reliquum eſt ut tutelæ divinæ majeſtatis ſe ipſum commendet, quod infertur *Ex Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 7. Deus impoſſibilia non jubet, ſed jubendo movet, & facere quod poſſis, & petere quod non poſſis adjuvat, ut poſſis.* Quod ſi peccator coram Deo ad petendum tale auxilium ſe humiliare nolit, ſibi ipſi ſoli ruinam æternæ pœnæ imputare debet, & cum hoc verum ſit ex inde videtur neceſſitas orationis.

Quod ſi Confeſſarius cor peccatoris induratum emolire non poſſit, ex motivo charitatis precibus continuis illum Deo commendare tenetur, ut ſpiritum ſapientiæ, miſericorditer concedat, & ex eodem motivo modum efficacem orandi edifcere debet, id eſt humiliter, conſtanter, & confidenter, potiſſimum peccatorem qui delicto delictum cumulat prevenire debet; quod quibuſdam precibus Sanctiſſimæ Virginis Mariæ nimis non confidat, nec fundetur in effato divi Bernardi, cliens Mariæ non peribit in æternum

num ignorant ne peccatores Sanctiſſimam Virginem protegere tantum illos qui ſe ad veram pœnitentiam recipiunt, alioquin dicendum eſſet illam eſſe non ſolum advocatam peccatoris, ſed etiam peccati quod eſt impium dicere, talis error nimis perniciofus eſt, cum iſti orent non ad evitandam mortem æternam, ſed tantum ad nocturnæ quietis corpus recreandum.

Alij enim ſunt pejores illis, cum in peccatum lapſi fuerint, pœnitus orationes abjiciunt, dicentes non ſum dignus audiri à Deo. Confeſſarius illis notificare debet actiones factas in peccato mortali quantumcumque egregias eſſe mortuas, attamen multum juvant ad gratiam Dei recuperandam, ſaltem diſpoſitive, & impediunt ne Deus ad pœnas tartareas detrudat, & deneget illis tempus ad peccati expiationem exigendam. Quantum ad id quod dicitur ab illis qui nolunt in tali ſtatu recurrere ad Deum, quia eſſet pura ignavia, & indecens reverentia debita Deo. Deus non quærit preces, ut audiatur ſed tantum ut deprecetur, quamvis enim oratio peccatoris nullum habeat meritum coram Deo; quia meritum fundatur in charitate attamen poteſt habere

efficaciam quia procedit ex fide.

Quod ſi motiva ſupra dicta, ita proſpere non ſuccedant, ad hoc ut peccator ad ſe ipſum ſe recipiat, abſolutionem ad tempus pro craſtinare debet, ſicut & demonſtrare illi ſtatum deplorabilem ſui peccati, non nimis generaliter, quia doctrina univerſalis ſæpe ſæpiùs, non eſt utilis; nec etiam nimis diſtincte, quia ſi monitiones eſſent faciendæ pro ſingulis peccatis, tæderet, & Confeſſarium, & pœnitentem, efficientur igitur circa peccata graviora, & acriori modo quo poterit efficiat Confeſſarius.

Et in tantum Confeſſarius vacare debet orationi, ad hoc ut talis infelix peccator in priſtinum ſtatum divinæ gratiæ redeat; ea de cauſa divinum adjutorium implorare debet, ante quam, ad Tribunal Confeſſionis ſe præſentet, & dicere cum Salom. *da mihi Domine aſſiſtricum ſapientiam, ut mecum ſit, & mecum laboret*, eandemque invocare debet, audiendo Confeſſionem pœnitentis, & facta Confeſſione, ut perficiat id quod fecit in iſto Sacramento Pœnitentiæ, dicere debet cum Davide *Pſal. 63. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis*. Nam cum Confeſſarius in adminiſtratione Sacramenti Pœniten-

tiæ, gravibus perfunctus ſit laboribus, à ſolo Deo eſt remunerandus. Quod ſi vere retrocedat à ſua obſtinatione, pro tunc abſolvere poterit illum pœnitentem.

Ut terminetur iſte §. 5. quædam ſunt dicenda de blaſphematoribus, quia blaſphemia ut talis ex corde procedit. Attamen non parum miror, quod blaſphematores reperiantur in hoc mundo; nam ſi ſtudioſe perpenderent omnia bona ſive naturæ, ſive gratiæ, à Deo procedere, nullo modo id facerent, cum tales blaſphemiæ illos gratiâ Dei privent, & dignos gehennæ æternæ reddant, illorum enim loquela ſatis clarè id patefacit: nonne dicitur de divo Petro *vere & tu ex illis es, nam & loquela tua manifeſtum te facit? Matth.* 26. idemque poteſt dici de blaſphematoribus, vere & tu reprobus es, nam blaſphematores, & reprobi inferni inter ſe omnimode conveniunt, & in hoc tantum differunt, quod ſi illi ſint in via, iſti vero ſunt in patria ex lege qui blaſphemat principem eſt infamis, potiori jure Deum, qui eſt Rex regum, Dominus dominantium.

Quod dictum eſt de blaſphematoribus, & idem quoque dicendum eſt de perjuris, quamvis falſum non jurant, aliqui tamen

adeo ſcelerati ſunt ut de momento ad momentum jurent, & talis abuſus ita viget in hoc mundo, ut apud quaſi omnes res ſit trita; ea de re totum de poſſibili Confeſſarius facere debet, ut perjurium radicitus extrahatur, quia etiamſi proprie loquendo talia juramenta non ſint perjurium; attamen facilis datur acceſſus ad iſtud, *vir multum jurans implebitur iniquitate eccl.* 12. etſi falſum non juret difficiliter eruet ſe ab illa. Diſcant id quod dictum fuit à Chriſto Domino. *Non jurare omnino neque per cælum neque per terram Math.* 5. ſin minus juramentum verum adaperit viam falſam. Nec mirum ſi ſacri Canones perjuros declarent infames can. quicumque 6. q. 1. & ultra decernunt quod Confeſſarij in imponendis pœnitentiis imponant eas quæ ſunt deſtinatæ pro homicidis. Imo, & ultra Theologi dicunt perjurium in malitia per multum ſuperexcedere homicidium.

Antequam ad remedium procedatur; ſciendum ex blaſphemiis, alias eſſe directe in Deum, alias in Sanctos, alias in creaturas, quæ quidem ex illarum natura ſunt quid mortale, modo ut procedant non tantum ex ore, ſed etiam ex corde, de quibus omnibus abſolvere poteſt

Confeſſarius, niſi tales eſſent hæreticales; pro tunc inquiſitioni, & in illius defectu Epiſcopo remittendus eſt peccator; niſi etiam reſervatæ eſſent, pro tunc ſuam authoritatem enodare videre debet. Remedia adaptanda blaſphematoribus ſunt deſumenda ex virtutibus oppoſitis blaſphemiis, quia contraria contrariis curantur, quod totum prudenti judicio Confeſſarij relinquitur.

Quantum vero ad juramenta circa illos, qui ex prava conſuetudine delinquunt, qui etiam in eadem Confeſſione unoquoque verbo jurant, pro tunc non ſunt abſolvendi, remedia igitur inter alia erunt, ut cum juraverit, adſtringat pœnitentem ad eleemoſinam, jejunium, orationes, & alia opera pia facienda, prout prudenter judicaverit Confeſſarius, & majori qua poterit facilitate ſuadere debet illi, ut hoc tam magnum facinus de medio tollat, quod facile faciet, ſi velit uti induſtria quadam, & diligentia ad refrænandam talem conſuetudinem, cum ut plurimum hujus vitij cauſa non radicetur in corde ſed in lingua, ſic eadem facilitate qua expuitur, ab anima tolli poterit; quod dicitur de juramentis proportione ſervata, & hoc eſt obſervandum à Confeſſario circa blaſphematores.

§. VI.

Quomodo ſe gerere debeat circa illos qui ſunt adſtricti reſtitutioni faciendæ.

AVaritia, vel eſt contra liberalitatem, de qua modo non eſt quæſtio, vel contra juſtitiam in qua radicatur obligatio reſtitutionis, cùm ob illam quis retinet aliena furando, vel rapiendo, & aliquando prodendo perſonas, qualis fuit Judas ob avaritiam, Chriſtum Dominum prodidit. Agendum igitur eſt hoc § de reſtitutione.

Qui tenentur ad illam ita ſuis commodis inſerviunt, ut plerique dicant, non poſſum, ſed ſanius dicerent, nolo, ut diximus ſupra, cum de occaſione peccati: neceſſe conſequenter eſt, vulneri peccatoris remedium adhibere; & ad materiam inſtituendam. Sciendum eſt id quod obligat pœnitentem ad reſtitutionem, vel eſſe certum, vel dubioſum, in tali caſu non debet confeſſarius ſe ipſum nimis premere ad dandam ſententiam, ſed ad tempus

differre ut conſulat viuum aut mortuum. Quod ſi fidem illi dat exequendi id quod à viro probo, & docto erit determinatum pro reſtitutione facienda, poterit illum abſolvere (modo ut pœnitens ſit perſona fide digna) & hoc erit tantum ratione dubij.

Quod ſi reſtitutionis obligatio ſit de re certa, video confeſſarium in non paruo labyrinto conſtitutum, ex quo difficiliter ſe expediet, ab illo: quod ſi Confeſſarius velit abſolutè neceſſitare pœnitentem ad præhabendam reſtitutionem ante abſolutionem, ſummo jure cum illo agit, & occaſione oblata utitur illa ad cauſandum damnum tertio (ſummum jus ſumma injuſtitia) quod ſi illum abſolvit ante reſtitutionem, in periculo eſt ne nihil minus: quia reſtitutio difficiliter concipitur cum verbis ſed facile cum factis. Quod ſi confeſſarius fundatus in promiſſis pœnitentis illum abſolute abſolvere decreverit, debet præſcribere tempus, & modum faciendi reſtitutionem, nam ſi creditores ſunt certi non debet diuertere illam ad eleemoſinas, aut ad alia opera pia, ſed pœnitens rem ad ipſummet confeſſarium aut fidelem perſonam reponat, ut res ablata præ manibus Domini conſtituatur. In primis mo-

nendus eſt pœnitens, ne ad ſacram menſam pro communione recipienda accedat, donec ſatisfecerit, aut ſaltem procraſtinatio à creditore mediante amico, fuerit illi conceſſa.

Attamen ſi tempore confeſſionis ſatisfactio non fuerit actualiter exequta, abſolutio minime eſt concedenda; multo melius ſi in præcedentibus confeſſionibus ſe ſatisfacturum promiſerit; cum aliis non ſteterit promiſſis nec etiam illi, ne de integro reincidet, niſi contritio pœnitentis moveat confeſſarium ad abſolvendum illum. Ita Tolet. lib. 3. cap. 12. delugo de juſticia tom. 1. diſp. 20. ſeſſ. 9. Bonac. de reſt. q. 6. qunc. 1. quia tales proprie non reputantur diſpoſiti, ob fidem aliis violatam; quam celebre eſt dictum D. Aug. *Si res aliena reddi poſſit, & non reddatur pœnitentia non agitur ſed ſimulatur.* Et ſic quamvis eſſet bene diſpoſitus, & Sanæ mentis; confeſſarius non debet temere exponere illum in proximo periculo recidivæ febris peccati. Aſt quando confeſſio procraſtinari poteſt debet eſſe maxime certificatus de tali periculo faciendi debitam reſtitutionem, ſicque confeſſarius poterit eſſe certus, ſacramenta potius eſſe fructuoſa quam ruinoſa. Verum quamvis

ſupra dixerim, aliquibus denegandam eſſe abſolutionem; nolo tamen dicere quod ſimpliciter ſit deneganda, unde circa pœnitentem eſt caute ponderandum, antequam id exequatur, potius in aliud tempus differre debet quam negare ſimpliciter abſolutionem, & quando videtur id eſſe abſolute neceſſarium, repreſentare illi debet unicum hoc eſſe remedium juxta præſentem diſpoſitionem quam habet in tribunali confeſſionis & melius eſt pro ipſo quod anxius ſit cum beneficio, quam prodatur cum indulgentia: nec in illum emittat aliquod verbum moleſtum, ſed potius blando ſermone illum detineat, admonendo quod ſi nolit ipſum audire, hoc ſolum ex motivo charitatis, non autem odii procedere.

Unum igitur eſt obſervandum ſupra ea quæ ſunt ſupra dicta, quando occurrit confeſſario cupidiſſimus, ſuam aviditatem coram Deo retorquere debet; imo quando videt pœnitentem velle ſtare promiſſis, optimum Conſilium eſt quod pro pœnitentia injungat illi viſitationem altaris Santiſſimi Sacramenti, beatiſſimæ Virginis, Patroni, & aliorum Sanctorum, quorum patrocinio, adeo gratiam ſperare debet ut fideliter ſtet promiſſis; & re-

vera reſtitutio eſt de natura fructuum palmarum; qui numqnam ſponte Cadunt in terram, & ſi quis velit colligere illos,& vi extrahere debet. Huc uſque egimus de reſtitutione circa bona temporalia maleparta reſtat modo aliquid dicendum de bonis ſpiritualibus, quæ ſiſtit in reſtitutione famæ, *Melius eſt nomen bonum quam divitiæ multæ Prov.* 22. Quamvis enim reſtitutio famæ ſit pluſquam neceſſaria, raro enim reperitur, imò pauciſſimi habentur peccatores, qui illam velint adimplere. nunc intendo perſuadere peccatoribus id quod cupio, quodque forſan ad uſum reducere poſſem. Ea de re attente conſiderare debent confeſſarij ſi quis malitioſe famæ proximi cauſavit damnum, tenetur à ſe dicta revocare, etiam cum majori damno ſuæ propriæ famæ, quia abſtulit famam ab illo qui erat in vero dominio illius, & ſi neceſſe ſit tenetur dicere ſe mentitum fuiſſe; quod ſi talis retractatio indigeat confirmatione tenebitur, juxta qualitatem infamiæ, juramento publico, aut privato firmare: verum quidem eſt quod in certis occaſionibus talis reparatio, mediante tertio, fieri poſſet, maxime, ſi hoc efficeretur per mediationem alicujus perſonæ in dignitate conſtitutæ, quod

per multum ſublevabit incommodum eorum, qui ſibi in animum inducere non poſſunt proprio ore famam reſtituere, eo fine tantum efficitur, ut quiſquis ſibi caveat in poſterum, ne in ſimile delictum cadat; qua propter confeſſarius, idoneo tempore enormitatem talis detractionis pœnitentibus declarare debet, quæ pro certo ſuperexcedit illam latrocinij, magiſque nociva eſt, cum majus, & nobilius bonum proximo arripiat, haud dubium eſt detractores à Deo projectos eſſe, & ſinit illos in reprobum ſenſum abire, de illis loquitur Apoſt. *Detractores Deo odibiles*, quia ſpiritum Dei offendunt, qui tamen eſt infinite amandus, cum ita patienter peccata hominum tulerit.

1. Sed Pejus eſſet, ſi cum ipſa detractione permiſceretur odium proximi, quod multis evenit infeliciter peccatoribus, qui tamquam canes rabioſi habent dentes, non ſolum ad mordendum ſed etiam ad plagam veneno inficiendam. Confeſſarij igitur his calamitoſis peccatoribus exhibere debent, majus, & fortius ſignum reprobationis provenire ex defectu charitatis, cui directe opponitur odium quod D. Aug. in Joan. attente obſervavit *Dilectio diſcernit inter filios Dei & Filios diaboli*, quomo-

do igitur reperiri poteſt cum odio, ſi illa operiat omnia peccata, *Univerſa delicta operit charitas Prob.* 10.

Aſt! heu, in cumulum miſeriæ iſtorum accidit quod ob inconſiderationem, inclinationem & pravum habitum ad infamandum proximum plerumque in confeſſione delictorum ſocios manifeſtant, etiam ſine neceſſitate, nec utilitate? quid ad illos tamquam ſi hoc eſſet ſufficiens ne confeſſarius corrigat illos. Debet igitur confeſſarius eoſdem ſevere corripere, ne de novo iterum redeant. Nam confeſſio eſt de proprio peccato non autem alieno.

Antequam ex iſto § pedem efferamus unum velim ſciatur, & caute invigiletur à confeſſario circa injurias inter rixantes cauſatas, ex quibus quædam ſunt contra juſtitiam, & quædam contra charitatem v. g. quidam pœnitens ſe accuſat de diverſis injuriis ſpecie diſtinctis coram ſex, in ſocium, dicendo eſſe furem, adulterum, & homicidam, primum eſt certiſſimum, cum propriis occulis viderit ipſum furantem, 2. eſt etiam pluſquam certum, cum ſit publicum & omnibus, audientibus perſe notum: 3 vero eſt omnimode falſum.

Confeſſarius etiam mediocriter inſtru-

ctus identidem circa 1. videbit talem pœnitentem peccaſſe non tantum contra charitatem, ſed etiam juſtitiam; quamvis enim ſciat ipſe ſolus talem eſſe furem quia adſtantibus illud eſt occultum, non amiſit jus ad famam, ideoque peccavit non ſolum contra charitatem ſed etiam juſtitiam; ſicque tenetur ad reſtitutionem, laudando eum coram illis qui audierunt talem riſam, dicendo ſe loqutum fuiſſe ex paſſione: caveat tamen ne mentiatur cum vere à parte rei ſciat eſſe furem & de facto viderit illum furantem.

Quantum ad eum 2. qui probrat adulterium quamvis ſit publicum eſt, ſemper tamen contra charitatem (*Alteri, ne feceris quod tibi fieri non vis*) non tamen contra juſtitiam quæ ſola obligat ad reſtitutionem, cum de facto adulter, propter publicitatem delicti, amiſerit jus ad famam.

Quantum ad 3. cum falſo accuſet de homicidio quod nec per imaginationem veriſimile habetur pro tunc talis rixans peccat contra juſticiam, ob quam tenetur ad reſtitutionem famæ injuſte ablatæ, & tenetur dicere ſe falſum dixiſſe, imo ſi neceſſe ſit juramento confirmare & contra charitatem ut ſupra.

Quod ſi præter injurias interveniat per-

cuſſio rixando pro tunc habenda eſt ratio perſonæ percuſſæ, maxime ſi ſit in ſtatu clericali conſtitutæ, nam ait D. Th. 1. 2. q. 72. art. 1. peccata diſtinguntur ſpecie pœnes diverſos fines, & objecta formaliter diſtincta non autem materialiter tantum, nam ſi pœnitens dicat (percuſſi hominem) nihil dicit cum debeat declarare ſtatum percuſſi, an ſit pater, ſuperior, æqualis, inferior, clericus &c. quod infertur ex lege contrariorum quanto magis actio humana convenit rationi tanto magis cenſetur perfecta. Idem dic, de peccato quo minus accedit ad lumen rationis, eo & peccatum erit gravius, nec mirum ſi peccata mutentur juxta varietatem objectorum: peccata in Deum graviora ſunt quam in proximum, in regem quam in plebejum, in clericum, patrem ſuperiorem &c. quam in indifferentem, quia inter objecta enumerata ſunt motiva inter ſe formaliter diſtincta; ideo in confeſſione declaranda, quod ſi percuſſus fuerit in clericali ſtatu conſtitutus ultra peccatum, percutiens incidit in excommunicationem Papæ reſervatam, ut patet ex capite ſi quis ſuadente diabolo.

Difficultas eſt de Romipeta ſi quis ipſum percutiat, an incidat in aliquam cenſuram

ſuram ex Can. X. Bullæ Cœnæ declaratur, percutientem incidere in excommunicationem etiam Papæ reſervatam. Unum nota Romipetam ſumendum eſſe formaliter id eſt quia talis petit Romam percutitur, non autem materialiter, ideſt ſi percutio ob ſolam rixam proveniat, nullo habito reſpectu ad urbem Romam. Quod confeſſarij ſerio & attente animadvertere debent.

§. VII.

Quomodo ſe gerere debeat circa illos qui ſunt pervicaces in odio.

NUnc ego in iſto §. Contendo loqui de avidis ultoribus, qui nihil aliud prætendunt, quam injuriam ulciſci, quique veniam dare, & confiteri peccata vellent, & in eo ſeipſos, ſicut & Confeſſarios verbis blandis ſine fundamento decipiunt; mellitis verbis dicunt Confeſſario, illos pepercíſſe inimicis, & ſi illos in ſilva invenirent dormientes, nec unicum verbum dicere audirent, nec illius quietem interrumperent; illorum loquella inferre quis poſſet inimicis in integrum injuriam condonaſſe,

ſed ſi Confeſſarius illorum animum excu-
tiat, ad hoc ut pœnitens notificet illi
cauſam inimiciciæ, videbit quod in unica
periodo nominabit illum traditorem, ſi
iterum petat ab illo an alloquatur inimi-
cum reſpondebit idemtidem, nihil mi-
nus: imo nec ipſum ſalutat & amonere
fecit nullam me inter, & illum, ſicut &
illius parentes velle ſocietatem quod ſi de
longe videat illum, averſa via tendit ne
videat, imo nec etiam in Eccleſia; Con-
feſſario igitur perſuadere intendit verbis
blandis, à multis annis circa illos eſſe co-
lumbas ſine felle.

Et ut ſilatim res principietur; ſciendum
eſt præceptum, charitatis, non tantum
ad amandum proximum, ſed etiam ad
non odio habendum nos obligare, *Non
oderis fratrem tuum in corde tuo! levit* 19.
audiatur J. C. qui dicit *in Evangelio au-
diſtis quia dictum eſt odio habebis inimicum
tuum, ego autem dico vobis diligite inimicos
veſtros. Math.* 5. & iſtud præceptum adeo
rigoroſum eſt, ut neque liceat dare ſig-
num odij, quia talia cauſant partem ſen-
ſibilem vindictæ eadere adverſarius ma-
gis confirmatur in inimiticia. Hoc igitur
ſuppoſito tamquam indubitato confeſſa-
rius maxime attendere debet, quod cum

ad tribunal, animo confitendi, aliquis ex his pœnitentibus accedit ſcire debet ab illo, à quo tempore ab inimico fuit injuriatus, & petere an odio habet illum, & ſubito reſpondebit minime, & an alloqutus fuerit illum & parentes ejus. Quamvis enim loqutio ſit ſignum ſenſibile affectus interni, attamen circunſtantiæ ſæpe ſæpius mutant naturam rei. Ideo Confeſſarius per multum ponderare debet & à pœnitente petere an antequam injuriam accepiſſet ab illo, illumque ſalutare ſoleret, & loqueretur, ſicut & omnem vicinitatem, quod ſi ſolitus erat id facere, & non facit, pro tunc potius eſt ſignum manifeſtum odij quam charitatis, ſicque occaſionem ſcandali inimico & toti viciniæ cauſat.

Verum quidem eſt quod abſolute adſtringendus non eſt pœnitens ad ſalutem impertiendam, quando fuit injuriatus, aut quando ſtatus pœnitentis ſuperexcedit ſtatum injuriantis, unum tamen obſervare debet, quod in iſto caſu ſolum pœnitentem audivit quantum ad ſubſtantiam rei, recordetur quæſo quod nemo in propria cauſa teſtis eſt fidelis.

Sed quid inde ſi pœnitens, tantum ab eſt quod velit primo ſalutare, & nolit

tus eſt, cum timeat quod à proximo decipietur, & tamen ſe ipſum decipere non timet; nec enim poſſum pœnitentis ſat mirari rationem, nonne pro ipſo melius, & ſecurius eſſet, ſi ex motivo virtutis in pacem, parcendo, vergeret, quam ſi ex motivo vitij illam recuſet. Si attente ad pacem animum avertebat, idemtidem perſpiceret talem frigiditatem odij deſtruere pœnitus charitatem, quæ eſt fundamentum religionis noſtræ, & gratiæ Dei per quam quiſquis poteſt ſe ipſum de ſalute æterna à Deo miſericorditer concedenda aſſecurare.

Quod ſi Confeſſarius videat pœnitentem nolle dare talia ſigna charitatis; etſi ipſum urgeat, illius opera erit vana, cum in his odiis adverſus inimicum coqueat. Pœnitenti tamen exponere debet inimicum non poſſe ſibi perſuadere veniam quam illi concedit niſi operibus, confirmet id quod dicit; quod ſi pœnitus id facere nolit in tali caſu, confeſſarius ſeipſum duplici motivo regulare debet ad ſuadendam veniam inimico. Primum ut ſupra dictum fuit de oratione in §. 5. ad tempus pœnitens eſt dimittendus, & interim illi ſuadeat quod recurrat ad Deum ter aut quater in die, ut ſpiritum pœni-

tentiæ, & emendationis concedere dignetur, quod ſi ex ſincero affectu id faciat, pro certo Deus miſericors, illum exaudiet *ſi vos cum ſitis mali noſtis bona data dare filiis veſtris quanto magis pater veſter de cœlo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe Lucæ.* 11. Secundum vero pœnitentem monere debet quod ad exercitia operum charitatis ſe immiſceat; quia anima inficiata vitiis ab illis liberari non poteſt, n.ſi piis exercitationibus mentem excolat, quales ſunt, animam ſui inimici commendare Deo, pauperibus quaſdam eleemoſinas, ut ſubleventur à miſeriis elargiri, vel ad cælebrandas miſſas aliquas elargiendas, aut ſaltem audiendas, eoſdem ſemper fine, quibus peractis redire poteſt ad illum, & abſolvet, ſi invenietur ſatis habens, & quia pœnitentibus talis ſermo eſt ſatis incognitus, Confeſſarius notificare debet illis Chriſtum Dominum in cruce pendentem ſic uſum fuiſſe. *Pater dimette illis, non enim ſciunt quid faciunt Lucæ* 23. Supra quem ad illius exemplum ſe conformare debent Chriſtiani, nolo ponere ante oculos vitam Sanctæ Chatarinæ, Sancti Ambroſij, & aliorum ?quantas perſequtiones & calumnias injuſtas paſſi ſunt. Sed forſan

dicet? pœnitens illi erant Sancti, cui Confeſſarius reſpondebit illum, ſe ſantiſicare poſſe, & conſequenter id quod illi viriliter parcendo fecerunt, faciat; caveat tamen ne nimis ſevere, & verbis rigidis pœnitentem exoneret, ſed potius verborum ſuavitate illum alliciat repreſentando quod illius miſeriis commovetur, maxime quando injuria à paucis diebus eſt illata, quapropter Confeſſarius orationibus ſuis Deo commendare debet, ut illuſtratus divino lumine gratiæ, è malo ſtatu in quo repetitur dimoveatur. Difficulter igitur eveniet quod poſt & tanta conſilia ſalutifera illi data, cor induratum pœnitẽtis ad odiũ ſui inimici nõ emolliat.

Quod ſi pœnitens animo confitendi cauſa ſua peccata redeat; & ea intentione adimplendi, id quod à Confeſſario determinandum erit ſuaviter; Confeſſarius repreſentare debet illi, quod odium abjiciendo ſibi cauſat & aquirit omnia dona delectabilia, honeſta, & utilia. 1°. Delectabilia quia omnes illi qui in tali odio uivunt, ſunt in ſtatu damnationis æternæ, & illorum inferno fundamenta jacent; ſed data pace & conceſſa venia, fatebuntur pro certo illos videri quaſi in Paradiſo. *Qui pacis ineunt conſilia, ſe-*

quitur eos gaudium prb. 12. 20. Bona honeſta quale munus nobilius Deo largiri poteſt, nonne à Jeſu Chriſto dicitur; *diligere proximum tamquam ſe ipſum majus eſt bonum holocautomatibus & ſacrificiis. Marc.* 12. 3º. Bona utilia, quia qui proximo, in odio cedit ſibi aditum facit ad divinam miſericordiam, quique obſtinatus manet in illo voluntarie, illâ ſe ipſum privat: duo igitur à pœnitente ſunt ponderanda aut inimico parcere, quo pacto aditum cœleſtem ſibi certificat, aut non parcere, ſicque Deus quoque veniam non concedet ei, & juſte hæreditatem promiſſam filiis illis denegabit, *diligite inimicos veſtros ut ſitis filij Patris veſtri qui in cœlis eſt Math.* 5.

§. VIII.

Quomodo ſe gerere debeat, circa illos qui peccatis carnis ſunt infecti.

Certiſſimum eſt ſalutem hominis à voluntate divina & humana dependere juxta dictum D. Aug. *qui fecit te ſine te non ſalvabit te ſine te*, exinde ſequitur quanto

quanto magis illæ duæ voluntates ſunt ineficaces, & tanto dificilius quis poteſt conſequi ſalutem æternam.

10. Salus noſtra dependet à voluntate Dei. Ideo ſciendum eſt; Deum odio habere omnia peccata, & tanto habet odio, quanto ſeipſum amat ſcilicet infinite; ſed inter peccata, magis peccatum carnis, quam cætera, cum propter cætera peccata non adeo rigoroſe ſe habuit Deus, qualiter fecit ob peccatum carnis, cum totum genus diluvio deſtruere determinaverit; omnis caro corruperat viam ſuam; *pœnituit quod hominem feciſſet in terra, & tactus dolore cordis intrinſecus, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum genes 6o.* Et ut dicit D. Chriſoſ. intenta eſſet a l fœminam; cum itaque verum & veriſſimum ſit, peccatum carnis ita fuiſſe odioſum Deo, ut decreverit deſtructionem totius generis humani, demptis tamen Noë & illius familia quid autem faciet contra illos qui in peccatis carnis voluntarie ſe immergunt.

2. Quantum ad voluntatem hominis, potius proclivis eſt ad vitium quam ad virtutem, quia in homine nullus eſt affectus, qui magis attrahat eum libidine corporis exinde ſequitur tales actus multi-

tiplicatos voluntariè cauſare majorem difficultatem, ad ſe ab illis ſubtrahendum, & interim intellectus magis excæcatur & voluntas ita debilitatur, ut ad bonam electionem faciendam quaſi non videatur libera, cum in tantum operetur, in quantum ab intellectu illuſtratur; quapropter in tali ſtatu via ſalutis libidonoſo videtur ignota. Ea de re confeſſarius pœnitenti potiſſimum inculcare debet, quod ſi peccatum peccato ſuperaddatur, per multum difficile erit ſe ipſum à libidine revocare, etiamſi contritus peccata confiteatur, quia major pars talium pœnitentium, dicere ſolet, quum tenear confiteri, attamen faciam hoc peccatum & poſtea confitebor. Confeſſarius quoad fieri poterit, vim pravi habitus eradicare debet, nam facta confeſſione, ita pullulat, ut in periculo damnationis æternæ ſit conſtitutus. Tentatio in principio levis eſt, ſed in tempore fortior eſt ferro. *Viſum ſequitur cogitatio, cogitationem delectatio, delectationem conſenſus; conſenſum opus, opus conſuetudo, conſuetudinem neceſſitas, neceſſitatem deſperatio, deſperationem damnatio ait gloſa in Job.*

Libido igitur multas ſubſe continet ſpecies, ſcilicet fornicationem, adulterium

mollitiem, & peccatum nefandum, de quibus omnibus ſingultim erit aliquid dicendum, ut confeſſarius pœnitentem ab illis dimovere poſſit.

Quantum ad fornicationem ſciendum eſt peccatorem eſſe inimicum animæ ſuæ *Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem, hoſtes ſunt animæ ſuæ Tob.* 12. & qui fornicatur eſt inimicus corporis ſui, ſe ipſum miſerrimum reddit, ob varias à luxuria infirmitates cauſatas; quot perſonæ virginitatem quam numquam recuperabunt, amittent, & tale peccatum non ſolum eſt malitioſum, ſed etiam ſcandaloſum, cum ſæpe ſæpius ſit publicũ. Scrutetur loquela Ezechielis *Væ væ tibi, ait Dominus Deus, & ædificaſti tibi Lupanar, & feciſti tibi proſtibulum cunctis plateis cap.* 16. ex inde inferunt D.D. maximum iræ Dei ſignum eſſe, quando alicui tale flagitium parare permitit.

Quantum ad adulterium. Certum eſt adulteros eſſe maledictos à Deo *Maledictus eſt qui dormit cum uxore proximi ſui Deuter.* 27. quales vix gloriam æternam niſi ſudoribus magnis poterunt conſequi; quamvis enim furtum ſit magnum peccatum, parvum eſt ſi cum adulterio comparetur. audiatur ſalom. *Non grandis eſt culpa cum quis furatus fuerit, furatur enim ut eſurientem*

impleat animam, qui autem adulter eſt propter cordis inopiam perdet animam ſuam prov. 6. quod ſi in antiqua lege, tale peccatum Deo execrabile quid [illegible] illo inferendum in nova lege, maxime cum matrimonium ad dignitatem unius ſacramenti fuerit elevatum; quantum igitur indignabitur Deus, propter illius profanationes: omnes leges civiles damnant ad mortem adulterantes. *Si dormierit cum alterius uxore, uterque morietur, id eſt adulter & adultera, Deuter.* 22.

Quantum ad mollitiem ſciendum eſt ſpiritum ſanctum vocare tale peccatum deteſtabile. Ea re Ona filius judæ, culpæ ſuæ pœnam à Deo ſubivit, *Et ideo peccuſſit eum Dominus, quod rem deteſtabilem fecerit Gen.* 38. Tanto melius quod peccatum mollitiei ſit contra naturam, & in iſto genere eſt quid gravius inceſtu. *Qui ſcelus operatus eſt, vivus ardebit nec permanebit tantum nefas in medio veſtri Levit.* 20. à quo peccato quis difficulter ſe retrahere poteſt ob gravem habitum acquiſitum.

Quantum ad peccatum nefandum ſciendum eſt Deum dicere, *homines Sodomitæ peſſimi erant, & peccatores coram Domino Gen.* 3. Et ut videatur horror Dei circa tale peccatum, non ſolum delinquentes punire, ſed illas quinque civitates, ubi

tale delictum fuit principiatum, abſorbere voluit. *Et ſubvertit civitates has, & omnem circa regionem, univerſos habitatores urbium & cuncta virentia geneſis.* 19. tale autem peccatum eſt ita oppoſitum animæ rationali, ut etiam diabolus, quamvis tentet homines ad illud patrandum (ut narrat D. Antoninus 2. part. tit. 5. cap. 4.) non audeat eſſe preſens, quando efficitur. Et Lugo ad Rom. cap. 1. ultra dicit diabolum plerumque figuram fœminæ ad ſatiandam hominum libidinem ſumpſiſſe numquam tamen figuram hominis ad peccatum ſodomiticum efficiendum quod ſi de quocumque peccatore dici poſſit *eſt diabolus Joan.* 6. procerto de iſto infami peccatore eſt dicendum, pluſquam diabolus eſt. Et ſi credendum ſit D. Hieronimo, ut aſſerit D. Antonin. ſi verbum æternum tandiu ad ſibi naturam humanam hypoſtatice uniendam tardaverit, hoc ſoli peccato ſodomitico imputatur. Eadem prorſus ratione dicendum per multum judicium univerſale accelerabit. Nec miror ſi juſtitia humana tam ſeveriter caſtigat igne tale peccatum, fundatum in lege divina. In legenda Sancti Vincentij Ferrerij habetur, concionando de nocte feria V. in Cæna Domini, ex abrupto alte

clamando, afferantur funalia accęſa, eſt qui crudeliter offendit Deum meum, & à ſacriſta luce allata, invenerunt duos juvenes ſodomiticè coëuntes, quorum corpora ignis comburebat, nec ceſſavit donec in cineres fuerint redacta; quod ſi cætera peccata carnis allegoricè dicantur ignis. *Ignis eſt uſque ad perditionem devorans Job.* 31. potiori jure ad litteram dicendum eſt de peccato Sodomitico.

His igitur ſuppoſitis confeſſarius debet eſſe ſemper paratus ad adaptanda remedia oportuna circa has quatuor ſpecies luxuriæ. Verum quidem eſt quod de peccatis carnis cum peccatoribus (parum ratione & mente compotibus) in illorum animo influere debet quantum poterit, ſanctum & efficax odium, contra peccatum carnis; ea de cauſa conveniens eſt uti certis mediis materialibus, & ſenſibilibus quæ enormitatem peccati clare, dilucidequé patefaciant v. g. obligare illos ad præces faciendas ſupra aliquod ſepulcrum, quod probabiliter poſt mortem illos hoſpitabitur, aut ſerotinis horis præces Deo effundant, manibus junctis occulis clauſis, toto corpore in terra extenſo, antequam diſcumbant, meditando quod paucis ab hinc diebus ad ſepulcrum

in tali ſtatu trahentur, & per tales, & ſimiles actiones hunc ſtatum infortunatum dignoſcere poterunt, & pro certo Deus illis injiciet verum deſiderium talia nefaria, facinora deſerendi.

Quod ſi non videatur pœnitens ſatis diſpoſitus ad deſerendos tales pravos uſus, duobus potiſſimum remediis confeſſarius uti debet. 1. erit quod deſtruat humorem pravum, quo calor peſtifer animæ nutritur. 2. vero quod ſciat applicare remedia refrigerativa quibus ſupradictus calor libidinoſus frangatur, quodque duobus modis effici poteſt, vel conſtringendo illum ad abſtinentiam, aut contrariis actibus virtuoſis utendo. Nam ajunt phitici *Contraria contrariis curantur*. En amice pœnitens duo genera remediorum pro tali infirmitate. Ex 1. ratio dictat quod occaſionem proximam peccati effugere debeas, ſicut & otium quod eſt omnium peccatorum radix, & fundamentum; inſuper nefarios cætus, moderare vinum, & eſculenta, caſtigare corpus jejuniis, peregrinationibus, diſciplinis, parco & brevi ſomno uti, & aliis pœnitentiis quæ deſtructionem libidinis ferre videntur, utpote quia animæ ignem luxurioſum deſtruunt.

Ex 2. ad lecturam librorum ſpiritualium Confeſſarius cogere debet pœnitentem, ad ſacræ concioni intereſſendum, ad ſe totum dandum orationi, ad Sacramenta frequentanda, quibus gratia Dei recipitur, quæ ſola ad repellenda peccata nos juvat. Quod maxime à Confeſſario, eſt obſervandum circa illos qui peccato mollitiei ſunt dediti, ad Confeſſiones reiterandas, & ſi videat eſſe neceſſe ſingulis hebdomadis, & ultra, bis aut ter in eadem hebdomada conſtringere debet. Inſuper monendus eſt pœnitens quod adimpleta pœnitentia debet illi ſalubre conſilium inſpirare ad talia exercitia ſpontanèe continuanda, quia iterum, & iterum confitebitur talia peccata, & præ manibus Confeſſarij ſinet quidem ſpolia peccati, ſed non uenenum ſi in exercitiis ſalubriter illi datis, non perſeveret peccator.

Tandem ultra id quod dictum eſt de recidiva, duo ſunt neceſſaria ſcitu pro fælici exitu iſtius infirmitatis. 1. eſt, Confeſſarius à pœnitente petere debet non ſolum à quo tempore confeſſus eſt, ſed etiam à quo tempore à laxivis libidinoſis eſt deditus, alioquin rectum judicium de tali infirmitate formare non poterit: exem-

plum enim à Chriſto D. eſt deſumendum, cui juvenis demoniacus, ut liberaretur, fuit preſentatus: Chriſtus identidem petiit, *Quantum temporis eſt, ex quo ei accidit ab infantia.* Reſpondit pater & inſuper certificare illum voluit de lapſuum frequentia *& frequenter eum in ignem, & in aquas miſit, ut perderet Marc. 9.* Non enim pœnitentes hujus temporis ſic operantur qui modo ad unum Confeſſarium, modo ad alium percurrunt, ſic agendo ſunt in cauſa cur illorum peccatum non eſt omnino à Confeſſario cognitum, & tali modo operando perſuadent ſibi ſatisfeciſſe Confeſſioni.

Quum vero eſt etiam ſcitu neceſſarium. Si reperiatur pœnitens vero dolore cordis tactus, cum firma & ſincera diſpoſitione de cætero non amplius peccandi, Confeſſarius illum debet prævenire, quod brevi tempore ab appetitu carnis per multum oppugnabitur ut tempeſtivo tempore ſibi præcaveat ne cadat, v.g. ſi amaſia cócubina literas illi mandet, aut nuntios mittat, ſi quidam amicus ſuadeat ingreſſum talis domus, ſcilicet, amaſiæ, poſſet ne conſentire ad illud, quod ſi inpœnitentia videatur, ea ſolum vis quæ ſufficit ad reſiſtendum tentationibus occurrentibus, ſatis erit:

Confeſſario dare monitiones in genere, fundatas in firmo propoſito Deum de cætero non amplius offenſurum, nec requiritur illas in particulari facere, quamvis propoſitum in particulari ſit perfectius propoſitum tamen in genere eſt ſatis ſufficiens ita layman. lib. 3. tract. 6. cap. 4. n. 8. Cacet. Et Emmanuel sà v. contritio antequam iſtius §. finem faciamus, recordentur Confeſſarij tamquam judices & medici eorum quæ dicta ſunt in Evang. *Medice cura te ipſum Luc.* 4. Quomodo ægrum curare poterit ſi ipſemet ſit infirmus, etſi neſciat modum ſe ipſum curandi! ea de cauſa quæritur an Confeſſarius poſſit ſceleris ſocium abſolvere, Petrus Damianus opuſc. 7. cap. 7. reſpondet abſolute talem Confeſſionem eſſe invalidam; ita etiam Bonac. diſp. 5. de Sacram. q. 7. punc. 5. §. 5. num. 10. cujus ratio fundatur in conſtitutionibus ſinodalibus diœceſis mediolalenſis; nec quidquam ex his conſtitutionibus habeo aliquid dicere.

Ad difficultatem igitur propoſitam reſumendam dico Confeſſionem ſic factam eſſe validam (poſitis ponendis) tam ex parte Confeſſarij quam pœnitentis, quia ad ſacramentum pœnitentiæ valide con-

ficiendum ſufficiunt authoritas Confeſſarij per aprobationem,& verus dolor pœnitentis ſed utrumque in noſtro caſu reperitur: ergo &c. Quando Bonac. dicit in diœceſi Mediolanenſi eſſe prohibitum ſub pœna excommunicationis, quid ad nos, hoc non probat tale decretum ubique vigere fateor equidem in diœceſibus ubi datur talis reſervatio , & prohibitio , nec licite nec valide id fieri poſſe , quia in tali caſu tollitur uſus ſacramenti pœnitentiæ ſic actus factus ſemper eſt invalidus, ſed é contra ubi non datur reſervatio aut prohibitio ita Pont. lib. 7. cap. 38. n. 3. verum quidem eſt parum convenire confeſſario flagitiorum ſocios in Confeſſione audire. Non ſine re antiqui Canones prohibebant Sacerdotibus orientalibus ne proprias uxores audirent in tribunali Confeſſionis, ex eo quod uxores ob frigiditatem ſexus non auderent dicere marito illarum delicta, potiori jure idem dicendum eſt de Confeſſarijs circa peccatorum ſocios.

§. IX.

Quomodo ſe gerere debeat Confeſſarius erga ſcrupuloſos, hoc opus hic labor eſt.

AD intelligentiam quæſiti ſciendum eſt ſcrupulum fundari in vano metu, & panico terrore, quo quis dubitat an ſit peccatum ubi non eſt, & econtra. Scrupulus igitur eſt quædam puſillanimitas quæ ab incertis oritur conjecturis ideo ſcrupuloſi dicuntur illi qui ſe continenter affligunt, an conſenſerint vel ne, an recitaverint, an confeſſi fuerint, an in Confeſſione aliquid omiſerint, & in talibus perplexitatibus perpetuo ſe macerant.

Cauſæ igitur ſcrupulorum multæ ſunt, quidam enim ſcrupuli procedunt ex mærore, quidam vero ex gravi infirmitate; alij autem ex proprio amore, ideoque cum ſcrupuloſus neſciat diſtinguere conſenſum à cogitatione, nec mirum ſi indiſcriminatim unum pro alio ſumat. Verum quidem eſt non poſſe eſſe conſenſum ſine cogitatione, cogitatio tamen poteſt

eſſe ſine conſenſu, ea de re in talibus propter amorem proprium continuus ſcrupulus habetur. Inſuper ſcrupuli aliquando oriuntur, dum quis infeliciter cum ſcrupuloſis converſatur, maxime ſi ſit confeſſarius, aut Doctor, qui non paucos ſcrupuloſos faciunt.

Cum ſcrupulus igitur ſupra timorem Dei videatur fundatus, principium & originem ducit, vel à Deo, aut à Demone, vel temperamento corporis humani.

Quantum ad 1. ex Deo, quamvis raro, oriantur ſcrupuli, ad breve tamen exiguumque tempus durant, quia, *Dominus non dabit in æternum fluctuationem juſto Pſal.* 34. ſed tantum elapſo quodam tempore à divina providentia determinato, ut animam probet, & purget (tamquam aurum in fornace) & tandem in veram conſolationem immutentur ſcrupuli.

Secundus auctor ſcrupulorum eſt diabolus, qui propter authoritatem quam habet ſupra imaginationem, non parum diverſis fantaſmatibus perturbat, & terribiliter vexat, etiam ſine fundamento talis timor commovetur, nec diabolus curat de illo, modo ut in illum animum fluctuantem inducat.

Tertius vero cauſans ſcrupulos, aliis

frequentior eſt ob diverſas corporis conſtitutiones quæ faciunt quod homo ſit aut pertinax, aut timidus, aut melancholicus, è quibus plerumque talis ſcrupli oriuntur timor igitur inordinatus rationem infeſtat, & excæcat, indulgentem hominem afficit, aufert robur, ac fortitudinem in omnibus operibus neceſſariam, ſicque deſiſtere facit hominem à rebus inceptis. Conſiderata igitur hujus infirmitatis malitia, modo eſt videndum, quomodo ſpiritualis medicus (cùm ad illum ſpectet) eumdem ſcrupuloſum curare valeat. Duo igitur in iſta infirmitate ſunt obſervanda unum quod reſpicit ipſum confeſſarium, & aliud ipſum pœnitentem infirmum.

Quantum ad 1. Confeſſarius qui eſt medicus ſpiritualis hujus infirmitatis naturam, & cauſas unde procedat, dignoſcere debet. Multum advertere debet ne nimis aſpere reprehendat talem infirmum, ſed ſpes eſt illi præbenda, ſe ab illa infirmitate incolumem evaſurum oſtendendo illi pericula in quibus vivit: quod ſi conſilium Confeſſarij adimpleat, procul dubio ſperare debet (implorando patrocinium gratiæ Dei) ſe brevi tempore à tali infirmitate immunem fore. Dico igirur non accriter reprehendere illum: nam ſi ſcrupuloſus,

qui tali infirmitate laborat ſæpe ſæpius non peccat, cum error in intellectu tantum conſiſtere videatur, imo in illo nimis timor videtur potius quam amor dei, cum ut talis ita amat Deum, utſi totum mundum lucraretur Deum voluntarie offendere nollet. Confeſſarius igitur illo irridere non debet, ſed potius eundem laudare, demonſtrando aliquos eximios ac diſertiſſimos viros in hac infirmitate incidiſſe, quique ex illa incolumes evaſerunt, & Eccleſiæ Dei D. D. celebres extiterunt, & aliorum infirmitates ſtudioſiſſime curarunt.

Quantum vero ad 2. ut pœnitens ab infeſtatione ſcrupulorum ſe liberare poſſit, duo ſunt neceſſaria in illo, gratia, & obedientia ſi ad omnia opera ab hominibus facienda gratia ſit neceſſaria. *Orantes omni tempore in ſpiritu ad Epheſ. 6. ſine intermiſſione orate 1. ad Theſal.* 5. potiori jure ad infirmitatem ſcrupulorum erit plus quam neceſſaria. Confeſſarius idcirco debet impellere ſcrupuloſum ad orationes faciendas Deo omnipotenti, qui ſolus infirmitatibus, noſtris mederi poteſt, & à quo ſolo illuminationem intellectus, & affectum voluntatis habere poteſt; *in ipſo enim vivimus & movemur & ſumus act. Apoſt.* 17.

& fantaſmatum abolitionem quiſquis recipere valet. Inculcare igitur debet illi quod Deus ſic dilexit mundum ut filium ſuum unigenitum, ob amorem hominum dederit: recordetur quæſo ſcrupuloſus quod Chriſtus Dominus ſic illum alloquitur, revertere ad me dolore affectus, emundate ſanguine plagarum mearum, ut à ſcrupulis ſaneris, corde, & animo lubenti hoc tibi confero, non ſolum confero ſed tamquam benevolus pater offero, ac extenſis brachiis, oſculo pacis obviam me trado tibi, quo, te invitarem ut mihi hujuſmodi amorem debitum ſolvas. Quapropter ſcrupuloſus ſemper orare debet, & Deo orationes & preces, ſive vocales, ſive jaculatorias exhibere, ut ſic ab hac imbecillitate Deus miſericors liberare velit, quod infallibiliter ſequetur, ſi eo fine, & intentu ad Divinam Majeſtatem ex toto corde, & affectu, humiliter confugiat dicendo. *Lætifica animam ſervi tui quoniam tu Dominus ſuavis & mitis Pſal.* 83. Suavis cum juſtis, mitis cum peccatoribus. Quod ſi pœnitens his, aut ſimilibus orationibus reccurrat ad Deum quanto citius guſtabit dulcedinem talium precum. Videantur ea quæ ſupra ſunt dicta de oratione, cum de peccato carnis.

Obed.

Obedientia verò huic infirmitati ſcrupuloſæ ita eſt unica, ut ſine ipſa velle curare illam ſit impoſſibile eodem plane modo quo quis navem in portum ſine gubernaculo deducere velet, ideo Confeſſarius pœnitenti firmiter inculcare debet, quam rigoroſam Deo reddet rationem ob contemptum obedientiæ ſuo patri ſpirituali debitæ.

Quod ſi ſcrupuloſus quis reperiatur conſtans ad obſervanda ea quæ à Confeſſario erunt determinata, pro tunc eſt reputandus conſolatus. Ideoque imponendum eſt ei perpetuum ſilentium circa Confeſſiones præteritas & expreſſe ordinandum eſt illi quod in ſequentibus non accuſet ſe de illis, quæ ad externum actum fuerunt prorepta ſive, facto, ſive loquela. Quod ſi pœnitens confeſſario ob conturbationem mentis diceret; timeo non ſatisfeciſſe officio divino, cum non recitaverim cum debita attentione. Reſpondendum eſt illi juxta mentem medinæ, de orat. q. 15. cap. 16. Silveſtr. v. 50. n. 14. & quorundam aliorum D. D. non requiri abſolute tamquam de neceſſitate ad adimplendam ſubſtantiam talis præcepti, ſed tantum de convenientia. Aliaque ſimilia monita confeſſarius pœnitenti dare poteſt, modo ut ſit

V

certus (ut ſupra dictum eſt) ad tranquilitatem animi, per multum turbati, acquirendam.

Scrupuloſus igitur alienæ ſententiæ ut ab ipſo curetur ſe exhibere debet: nam homo quamvis doctus, & peritus ſit, ſibi ipſi credere non debet cum in propria cauſa pars eſſe videatur,& cum ſit ægrotus, Dominus Deus vult ut ab alio curetur; nullus enim legitimus Iudex in propria cauſa cenſetur eſſe. Scrupuloſus igitur pro comperto habeat ſibique perſuadeat,quod neque lex Dei, neque recta ratio obligant ad peccata facienda, & cum à ſcrupulis ſe liberare velit; ſuos ſcrupulos, & imaginationes tamquam nihil æſtimare debet, ſed potius illos eſſe irridendos conſpiciat, qui nec virum probum infectant, nec expertum perturbant. Certum eſt homines timidos timidiores, & econtra audaces audaciores evaſuros non enim opus eſt ſcrupulis cedere, ſed viriliter illos contendere,ac parui facere, ut ad hujuſmodi victoriam conſequendam adjuvemur. Utendum igitur eſt doctrina doctiſſimi Cajetani pro ſcrupuloſis circa Confeſſionem, hoc ex principalibus, unum eſt, in quod ſcrupuloſus incidere ſolet, nempe quod non debeat credere ſe obnoxium eſſe,ad confiten-

dum totum illud de quo dubitaverit; an Confeſſus ſit, vel ne, ac ſi illud non eſſet. Pacare igitur ſe debet, dum in anima Sanctum propoſitum de non offendendo Deo ſibi ſentit (ut dictum fuit ſupra) potiſſimum cum habeat cor ad omnia ita paratum præceptis à Deo inſtitutis, ut ſi opus foret cuncta ſua peccata viva voce omnibus adſtantibus, publice declararet: modo ut omni diligentia uſus fuerit, circa id de quo videtur dubitare, ſatis erit pro illo: Deus enim non ſtabilivit confeſſionem ad illaqueandas conſcientias, ſed ad levamen animarum, atque ſolamen; levamen autem non eſſet, ſed laqueus, ſi ei tam gravia onera atque obligationes imponerentur, ut ſcrupuloſi arbitrantur.

§. X.

De Confeſſario.

DE Confeſſariis erga pœnitentes pluſquam ſatis hucuſque diximus, nunc vero quædam de Confeſſariis erga ſe ipſos ſunt exaranda, quæ conſiſtunt in bonitate morum, cum Sancta Sancte ſint tractanda

prudentia, quia humano modo pro ſalute pœnitentis operari tenetur,& in ſcientia,per primum eſt miniſter Chriſti Domini, quem ſemper, & ubique imitari debet. Per 2. eſt medicus qui tenetur ſcire,applicare remedia pro ſananda parte læſa pœnitentis. Per 3. munere judicis fungitur, cui ſcientia eſt ſimpliciter neceſſaria, ut rectum judicium ferre poſſit, de re probata, & allegata à pœnitente tanquam reo, & teſtè: Nam ut ait D. Aug. *Oportet ut ſpiritualis judex dignoſcere ſciat, quidquid ab eo ſit judicandum.*

Juxta Sacros Canones Confeſſarius tanta pollere debet ſcientia ut peccatoris, & peccati circunſtantias dignoſcat: Ideoque tenetur ſcire modum interrogandi juxta ſtatum perſonarum, & qualitatem peccati, & antequam ad id procedat, ſcrutabitur 1. an pœnitens ſit excommunicatus. 2. an ſit ad reſtitutionem adſtrictus. 3. an in ſtatu ſit, perſeverandi in peccato. 4. an peccatum confitendum aut confeſſum ſit ſuperiori reſervatum. Quod ſi in his quatuor enumeratis Confeſſarius non habeat ſpecialem juriſdictionem nullo modo pœnitentem abſolvere poteſt. Ea de cauſa antequam ad declarationem peccatorum accedat, eſt 1. certificandus de illis, &

& Confeſſarius qui non prævidet illa vix à peccato mortali excuſabitur niſi pœnitens ſupleat ad id, ad quod Confeſſarius defficit, cum ſatis ſit ſciens de his quæ in Confeſſione ſunt apperienda, maxime ſi ſit timoratæ conſcientiæ, qui talibus laqueis ſe irretitum eſſe non credit.

Nolo tamen dicere quod Confeſſarius teneatur ſcire omnes excommunicationes, quod moraliter eſt impoſſibile, ſed tantum quod in audienda Confeſſione ſciat ſaltem dubitare, an ſit excommunicatus aut ſit obligatus ad reſtitutionem, vel peccatum ſit reſervatum; uti conſulendo librum aut peritum, non ſit ignarus in ferenda ſententia quia qui ſine tali ſcientia officium judicis exercet, eſt tanquam cæcus ducendo cœcum, & numquam (niſi fortuito) recte judicabit.

Dixi Confeſſarium debere ſcire ſaltem dubitare, circa caſus difficiliores, & abſtruſos, proquo ad integram intelligentiam dubij ſciendum eſt, Confeſſarium dubitare poſſe, vel ob capacitatem & idoneitatem ſuam, vel ob juriſdictionem datam ab ordinario vel ob peccata declarata à pœnitente.

Quantum ad 1. ſi Confeſſarius agnoſcat ſe inſcium eſſe, imò dubitat de ſuffi-

cientia ad audiendas Confeſſiones, peccat mortaliter cum talis ignorantia in grave detrimentum proximi tendat, & periculo ſe ipſum perdendi exponat, ſicut & pœnitentem, de cujus anima, ratio ſtricta, & rigoroſa coram Deo erit reddenda.

Quantum ad 2. unicum, & ſolum remedium occurrit, quod ad ſuperiorem accedat qui ſolus dubitationem illius adimere valet; quod ſi dubium ſit an prælatus præceperit illi, pro tunc ſine ſcrupulo ſacramentum pœnitentiæ adminiſtrare poteſt; nam dicunt Theologi in rebus dubiis ſubditus prælato obedire tenetur.

Quantum ad 3. ſi dubitet circa peccatum confeſſum an ſit mortale, aut veniale, nec ſe ipſum convincere poteſt; melius & ſecurius erit pro Confeſſario ſi pœnitenti dicat, vade ad doctiorem me, conſcientiæ meæ ſatisfacere non poſſum, cum ſatis clare non diſcernam tuum peccatum: aliqui tamen D. D. dicunt poſſeſſionem ſtare pro pœnitente, utpote ipſi favorabiliorem, quod mihi tamen non arridet, cum Confeſſarius ſe periculo exponat invalide abſolvendi, maxime quando dubium eſt circa reſervata, & cenſuras circa quæ non poteſt dare abſolutionem ob defectum juriſdictionis.

Ideo Confeſſarius tantam habere debet ſcientiam ſecundū D. Thomam ut lepram à lepra diſcernere ſciat, id eſt peccatum à non peccato, mortale à veniali, ſicut & illorum circunſtantias, tum aggravantes, tum mutantes ſpeciem, numquam tamen minuentes quæ potius tendunt ad eludendum peccatum, quam ad incuſandum. Inſuper, ſcire debet, an ea quæ pœnitens exprimit ſint licita, vel illicita ut de bello, uſuris, contractibus &c. ſine quibus nullo modo rectum judicium ferre poteſt de peccato à pœnitente confeſſo. Nam in tali Tribunali eſt verus judex à Christo Domino inſtitutus, qui judicare debet, juxta allegata à pœnitente, & probata quomodo igitur ſi horum ſit inſcius, judicium faciet?

Confeſſarius etiam diligenter elaborare debet circa pœnitentem illum inſtruendo, interrogando, exortando &c. ſobrie tamen inveſtigando maxime circa ſexum fœmineum, ne ſeipſum in tentationem præcipitet, & ne pœnitentem doceat peccatum quod ignorat, potiſſimum circa venerea: ſicque habita ultima ſpecie peccati nec ultra procedat. Obſervet igitur interrogationes verbis honeſtis eſſe faciendas, ne ſe pœnitenti moleſtum reddat

cum pluſquam ſufficiat illi ut dignoſcat naturam peccati, & cum ſit medicus animæ: flagrans divini amoris, inſtruat pœnitentem de remediis tam ſanativis quam præſervativis, eundemque monendo quod qui non ſoluit dum vivit in hoc mundo, ſolvet in alio, uſque ad minimum occulorum ictum, id eſt in Purgatorio. Tandem moneo Confeſſarium, quod potius pronus ſit ad miſericordiam quam ad ſeveritatem, quod totum juxta ſanum, ac prudens illius judicium dirigendum erit: legatur. can. alligant. & can. ponderet. c. 26. q. ult.

Quantum ad ſigillum pro nunc nihil habeo dicendum, cum ignorare non poſſint Confeſſarij, illud eſſe de jure divino à quo nulla poteſtas humana diſpenſare poteſt: ad hoc enim nulli poteſtati ſubjicitur, niſi ſoli Deo. Ita D. Thomas. In 4. dict. 21. q. 1. 2. 3. Imò ſi ab aliquo indiſcrete, interrogetur, etiam & juridice, nec hæſitando, reſpondere poteſt (neſcio), quia ut miniſter Chriſti nemini ſubeſt, ait D. Th. citatus.

Caveant igitur ſibi ipſis ſacerdotes Domini, qui ab omni religione ſunt remoti, ſine ſufficienti ſcientia inſtructi ut alios edocere poſſiunt; ſine prudentia ut alio-

rum

rum infirmitatibus mederi valeant, & quod peius eſt, ſepe ſepius ſine timorata conſcientia, quomodo enim rationem villicationis reddent in illo tremendo judicio? Recordentur quæſo verbis Chriſti Domini *Luce 4. medice cura te ipſum*, quomodo inquam alios curare poterunt ſi ſe ipſos curare non curant: & hæc ſatis dicta pro Confeſſariis.

EPITOME

Ad memento abreviatum.

NON me pudet de verbo ad verbum inſerere, ea quæ ab Eminentiſſimo Cardinali Carpineo SSmi. Domini noſtri Innocentii XII. Vicario in inſtructione data circa adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ ut patet in lib. impreſſo Romæ SSmi. ſub anno 1700. tempore jubilei.

Sacerdos ad audiendam Confeſſionem vocatus, promptum facilemque ſe præbeat. Ac priuſquam, ad audiendum accedat, ſi tempus ſuppetat ad miniſterium rectè, ſanctè que obeundum, divinum

auxilium piis precibus implorabit.

In Eccleſia non autem in privatis ædibus audiat, niſi ex cauſa rationabili, quæ cum inciderit; ſtudeat tamen id decenti, ac patenti loco præſtare.

Habeat in Eccleſia ſedem Confeſſionalem in qua ſacras Confeſſiones excipiat, quæ ſedes patenti, conſpicuo, & apto Eccleſiæ loco poſita, crate perforato inter pœnitentem, & ſacerdotem ſit inſtructa.

Pœnitens ſi opus fuerit admoneatur, ut qua decet humilitate mentis, & habitus accedat, & flexis genibus ſigno crucis ſe muniat.

Mox Confeſſarius inquirat de illius ſtatu (niſi aliter notus fuerit pœnitens.) & quam pridem ſit Confeſſus, & an impoſitam pœnitentiam adimpleverit: num rite, & integre alias Confeſſus fuerit: num conſcientiam ſuam ut debet, prius diligenter diſcuſſerit.

Quod ſi pœnitens aliqua cenſura, vel caſu reſervato ſit ligatus, à quo ipſe non poſſit abſolvere, non abſolvat, niſi prius obtenta facultate à ſuperiore.

Si vero Confeſſarius, pro perſonarum qualitate, cognoverit pœnitentem ignorare Chriſtianæ fidei rudimenta, ſi tem-

pus ſuppetat, eum breviter inſtruat de articulis fidei, & aliis ad ſalutem cognitu neceſſariis, & ignorantiam ejus corripiat, illumque admoneat ut ea poſt modum diligenter addiſcat.

Tum pœnitens Confeſſionem generalem latina, vel vulgari lingua dicat, ſcilicet Confiteor &c. Vel ſaltem utatur his verbis Confiteor Deo omnipotenti, & tibi Pater. Peccata ſua ex inde confiteatur adjuvante quotieſcumque opus fuerit ſacerdote, qui confitentem non reprehendat, niſi finita ut dictum eſt de Confeſſione neque interpellabit, niſi neceſſe ſit aliquod melius intelligere, pro inde fiduciam, præbeat & humaniter ſe gerat ut omnia peccata ſua rite, & integre confiteatur. Remota ſtulta illa quorumdam verecundia, qua perpediti, (ſuadente diabolo) peccata confiteri non audent.

Si pœnitens numerum, & ſpecies, & circunſtantias peccatorum explicatu neceſſarias non expreſſerit, eum prudentor ſacerdos interroget.

Sed Caveat curioſis aut inutilibus interrogationibus quemquam detineat, præſertim juniores utriuſque ſexus, vel illos de eo quod ignorant inprudenter interroget ne ſcandalum patiantur, indeque

peccare diſcant.

Demum audita Confeſſione perpendens peccatorum quæ ille admittit, magnitudinem, ac multitudinem pro eorum gravitate, ac pœnitentis conditione, opportunæ correctiones ac monitiones pro ut opus eſſe viderit paterna charitate adhibebit, & ad dolorem, & contritionem efficacibus verbis adducere conabitur atque ad vitam emendandam, ac melius inſtituendam inducat, remediaque peccatorum tradat.

Poſtremo ſalutarem, & convenientem ſatisfactionem quam Spiritus, & prudentia ſuggeſſerit, injungat; habita ratione ſtatus, conditionis, ſexus, & ætatis, & item diſpoſitiones pœnitentium videatque ne pro peccatis gravibus leviſſimas pœnitentias imponat, niſi forte peccatis conniveat, alienorum peccatorum particeps efficiatur. Id vero ante occulos habeat ut ſatisfactio non ſit tantum ad novæ vitæ remedium, & infirmitatis medicamentum ſed etiam præteritorum peccatorum caſtigationem.

Quare Curet quantum fieri poteſt ut contrarias peccatis pœnitentias injungat, veluti avaris eleemoſinas, libidinis jejunia, & alias carnis afflictiones, ſuperbis

humilitatis officia, deſidioſis devotionis ſtudia; rarius autem vel ſeriùs confitentibus vel in peccata facile recidentidus utiliſſimum fuerit conſulere, ut ſepè, puta ſemel in menſe, vel certis diebus ſolemnibus confiteantur; etſi expediat communicent.

Pœnitentias peccuniarias ſibi ipſis non applicent, neque à pœnitentibus, quidquam miniſterij ſui præmium petant, vel accipiant.

In peccatis occultis quamtumvis gravibus manifeſtam pœnitentiam non imponant.

Videat autem diligenter ſacerdos quando, & quibus conferenda, vel neganda, vel differenda ſit abſolutio, ne abſolvat eos qui talis beneficij ſunt incapaces, quales ſunt qui nulla dant ſigna doloris. qui odia, & inimiticias deponere, aut aliena, ſi poſſunt, reſtituere, aut proximam peccandi occaſionem deſerere, aut qui publicum ſcandalum dederunt, niſi publicè ſatisfaciant, & ſcandalum tollant neque etiam eos abſolvat, quorum peccata ſunt ſuperioribus reſervata.

Meminerit porro ſacerdos ægris non eſſe injungendam gravem, aut laborioſam pœnitentiam, ſed indicendum tan-

tum illam, quam, ſi convaluerint, oportuno tempore peragant. Interim juxta gravitatem morbi aliqua oratione, aut levi ſatisfactione impoſita, & acceptata, abſolvantur, prout opus fuerit: & hæc ſint dicta de inſtructione Confeſſariorum ab Emo. Cardinali Carpineo data.

Ideo recordetur quæſo Confeſſarius verbis D. Auguſtini ad aureſium Epiſcopum ab Angelico Doctore relatis 2. 2. q. 50. art. 1. ad 4. ubi ſic ait; *Non aſpere quantum exiſtimo, non dure, non imperioſo iſta tolluntur, ſed magis docendo, quam jubendo, magis monendo, quam minando; ſic enim agendum & cum multitudine pecantium*, non abſre Confeſſarius tollere debet peccata pœnitentis, citius monendo, quam minando, & ante occulos monitum Catechiſmi Romani habere debet; loquendo de peccatoribus part. 3. cap. 8. n. 1. *Cautus admodum ſit Parrochus, & prudens, ut tectis verbis rem commemoret quæ moderationem potius deſiderat, quam orationis copiam.* Et part. 2. cap. 8. n. 33. *Ita agendum eſt à Paſtoribus, ut nullum ex ore eorum verbum excidat quod fidelium auribus indignum eſſe videatur, aut pias mentes lædare aut riſum movere queat, ut enim eloquia Domini, eloquia caſta ſint, potiſſimum*

circa peccata carnis, ita etiam maxime decet Chriſtiani populi doctorem ejuſmodi orationis genere uti; quod ſingularem quandam gravitatem, & mentis integritatem præſe ferunt. Quod dicitur de Parrochis, & quoque de Confeſſariis ordinariis qui in præcavendo omnem ſolertiam ac diligentiam in Tribunali Confeſſionis adhibere debent.

De modo quo abſolutio eſt danda à Confeſſario, cum hæc ſatis clare pateant ex rubricis Ritualis Romani; nec etiam quid obſervandum in tali abſolutione, & circa formam, & materiam tam proximam, quam remotam cum ex principiis & Doctoribus emanatis in tract. de pœnitentia, totum clare, & enodate dilucidatur nihil pro nunc habetur dicendum.

Quod ſi Confeſſarius majorem velit habere cognitionem eorum quæ ad intelligentiam Sacramenti Pœnitentiæ pertinent videat & attente perlegat monita Concilij Trid. ſeſſ. 14. de Sacram. Pœnit. Catechiſmum Romanum de ordine Pauli V. elaboratum pro inſtructione, & directione Confeſſariorum litteras ſui ſuperioris approbantis, & potiſſimum inſtructiones datas à Sancto Carolo Archie-

piſcopo Mediolanenſi, & qui dicti Sancti Perexrenſium monita videre cupit, habet illa in luculento libello, quem de ordine SSmi. Innocentij XII. Eminentiſſimus Cardinalis Carpineus Vicarius Papæ. Et clariori notione videri poteſt instructione ordinandorum, ſicut & Confeſſariorum, R. P. Campioni in Curia Romana cleri examinatores Apoſtolici, cujus geſta in tali materia reddunt illum inſigni exiſtimatione.

Qui igitur meum Candorem Parrochorum, & Confeſſariorum lecturus eſt ſe ipſum non efferat ſi in tali materia, quamvis maximi momenti, velim uti libertate aperiendi mea ſenſa. Non indignetur quæſo ſi aliquibus Doctoribus adhærendo ſupradicta videantur contraria. Quod ſi quid ſecurius, & certius ſit in alia doctrina paratus ſum corrigere iſtud: ſin minus licitum mihi erit, in eodem manere propoſito. Et hæc dicta ſufficiant non ſolum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ cenſuræ, ſed & prudenti peritorum judicio ſubmitto. Sanctiſſimæ Trinitati laus, gloria, & honor in perpetuum.

FINIS.

1 G 2011815